COMPENDIVM
IVRIS CIVILS
ET ORDINIS LIBRORVM
EIVSDEM PER MODVM
INTRODVCTIONIS.

DESVMPTVM EX DOCTRINA
D. IO. BAPT. LEON. BARTH. I. C.
PERVSINI.

Ad multum Illustrem, & Reuerendiss. D. D.
Fuluium Paulutium. I. V. C. P.

PERVSIAE,
Typis Petri Iacobi Petrutij. 1600.
SVPERIORVM PERMISSV,

ADMODVM ILL.ri AC R.mo D. FVLVIO PAVLVTIO I. C. P. IO. BAPTISTA LEONELLVS BARTHOLINVS. I. C. P.

SALVTEM.

DIV anceps fui an deberem permittere in lucem edi quasdã introductorias lectiones Iuris Ciuilis, cũ apud me sit clarũ maleuolos q; facillime ansã capere ad reprahendendũ aliorum scripta. Cæterum non immemor illius Poetæ dicti, Edant sua, qui carpere nostra volunt, non dubitaui in vtilitatem iuuenum illas typis tradere, cum earum auxilio facilius, ac breuiori fortaße tempore ad optatum finem peruenire valeant, vt vtilitas ab eis, qui legerint percepta declarabit. Debebat autem opusculũ istud imprimi sub nomine tuo Admodum Illust. ac Reuerendiß. D. tum ob causas, propter quas compendium Iuris Canonici tibi fuit dedicatum;

tum etiam ob iudicium Caij I.C. aſſerentis eandem eſſe rationem de parte ad totum. Tanta eſt mea erga te obſeruantia, vt iudicarem virtutes tuas oratione potius diminui, quam extolli, cum ipſa ſe ipſas commendent, & perfectio dilectionis non in grauitate verborum: ſed in ſtudioſa operatione conſiſtat. ideo non oratione, ſed hoc labore illas venerari volui. Tua nunc eſt humanitatis præſentes lucubrationes, eo hilari animo accipere, quo accepiſti libellum Iuris Pontificij. vtrunq; autem hoc iuris paruum opus, opto apud te conſeruari in ſignum mei erga te amoris, & tuæ erga me beneuolentiæ; & ſi à tuo præſertim prudentiſſimo iudicio vtile iudicatum fuerit, operam dabo ſimile cõpendium aliarum ſcientiarum eiſdem iuuenibus exhibere, cum ſine illarum cognitione hæc Legalis facultas conſiſtere nequeat. Quæ authore Vulpiano, eſt diuinarũ, ac humanarum rerum notitia iuſti, atq; iniuſti ſcientia. Reliquũ eſt, vt ſicut ego tuas virtutes obſeruo, ita etiam tu me ames, ſicut ſoles. Vale. Kalen: April. Anno Dni. M. D. C.

PRAEFATIO

DE VNIONE VTRIVSQVE IVRIS, ET ALIARVM SCIENTIARVM.

EST communis doctrina vtriusq; iuris peritorum, legum, ac Canonum facultates esse inter se vnitas, & propterea diuersæ conclusiones in iure ciuili probantur per principia iuris canonici, pari ratione conclusiones in iure canonico demonstrantur veræ per principia iuris ciuilis, ideò omnium consensu approbatur hæc iurium vnio. An autem illa detur in habitudine ad alias scientias apud legum professores non videtur vndiq; clarum. Cæterum cum summopere expediat vtriusq; iuris peritum scire hanc scientiarum vnionem ob vtilitatem, quæ ex illius cognitione in theorica, atq; in practica habetur; hinc est quòd per opportunum, ne dicam necessarium esse duxi ad completam cognitionem compendij introductorij vtriusq; iuris breuiter demonstrare quæ nam fuerit mēs iuris consulti in l. iustitia, ff. de iust. & iur in illis verbis, quibus legimus quod iuris prudentia, est diuinarum, atq; humanarum rerum notitia, iusti, atq; iniusti scientia. Vera enim, ni fallor, intelligentia istius sententiæ illa videtur esse, quòd iuris consultus nō tantū debet esse in iure peritissimus verum etiam in alijs rerum scientijs admodum eruditus Sicut n. Arist in lib. phys. suscipit habitum methaphisici ad probandas quasdam in philosophia naturali conclusiones, ita etiam hoc idem contingit in facultate legali, vt ex infra dicendis clarè apparebit. Rursus sicut scientiæ morales, atq; virtutes sunt ad inuicē connexæ, vt docet D. Tho. prima secundæ q. 65 & ibi Caiet. Ita quoq; hoc idem est affirmādum de eadem facultate cum alijs scientijs iterum sicut scientiarum quædam dicuntur subalternātes, quędam uerò subalternatæ, & propterea deseruiūt ad inuicem, vt docent philosophi lib. 1 diuinorum. Ita etiam hoc idem est tenendum de eadem scientia legali. Hinc est, quod doctores tenent ius canonicum subalternari sacræ Theologiæ. Ius verò ciuile scientiæ politicæ. Cæterum vt ad specialia media descendamus quibus, clarè cognoscitur vtrumque ius vnitum esse cum alijs rerum scientijs. Primo a cathena earum apertè percipitur, siq idem licèt a scientiarum professoribus illæ diuersimodè diuidantur, In

præsenti

præſenti tamen placet eas ita diuidere, quòd videlicet omnis rerum cognitio dicitur eſſe aut infuſa, aut acquiſita. Si fuerit infuſa, alia dicitur ſcripturalis, alia verò ſcolaſtica. Scripturalis habetur apud expoſitores veteris, & noui Teſtamenti, Scolaſtica verò docetur per methodum diſputatiuam, & Dialecticam; quæ iterum ita ſubdiuidi poteſt, vt eius ſecta vna dicatur terminiſtarum. Altera verò realium, & hæc rurſus diuerſa reperitur, cum vna ſit Thomiſtarum; Altera verò Scotiſtarum, & aliorum ſimilium. Quæ omnes ſectæ cum verſentur circa prædictam cognitionem, ſeu ſcientiam infuſam, ideò illa communi vocabulo dicitur ſacra Theologia, & illius profeſſores ſacri Theologi nominantur. Nunc de ſcientia acquiſita, quæ communi vocabulo Philoſophia dici poteſt, talis diſtinctio eſt adnotanda, ut una ſit de ente rationis: altera verò de ente reali. Rurſus ens, rationis ſicut conſideratur tripliciter, ita etiam triplex eſt eius cognitio, primo.n conſideratur ſub eo reſpectu, quo debet eſſe congruum. Et propterea inde datur Grammatica. Secundo ratione ornatus, hinc datur Rhetorica. Tertio deniq; ratione probabilitatis, & modi arguendi, hinc habetur logica, atque dialectica. At ens reale, ex quo ſcientiæ circa illud uerſantes reales dicuntur, ſimiliter diuerſimodè contemplatur, ſiquidem ſi ratione principij datur intellectus, qui dicitur cognitio principiorum: ſi verò ratione principiati, tunc ulterius conſideratur tripliciter, uidelicet ſecundum propriam eius naturam, ſecundo ut eſt factibile, tertio ut eſt agibile. Primo modo adhuc conſideratur aliquando ratione ſubſtantiæ, & eſſentiæ, atque hinc datur Methaphiſica aliquando earò ratione quà eſt mobile, atq; hinc habemus philoſophiam naturalem. Vt denique ratione quanti, & hinc datur ſcientia mathematica. Quæ adhuc ſubdiditur ad diuiſionem ipſius quanti, ſeu quantitatis. Siquidem quantum aut eſt continuum, aut diſcretum Sub primo reſpectu datur Geometria, & Aſtronomia cum ſuis annexis, & dependentibus. At ſecundo modo datur Arithmetica, & Muſica, ſimiliter cum ſuis annexis, & dependentibus. At ſi ens prædictum conſideratur ratione, qua eſt factibile, tunc oriuntur inde omnes Artes, quæ adhuc conſiderantur aliquando ratione neceſsitatis, & propterea inde oritur Agricultura, Medicina, & ſimiles. Aliquando uero ratione commoditatis, & propterea datur inde Architectura cum ſuis dependentibus, & annexis. Aut conſideratur ratione ornatus, & tunc datur pictura, ſculptura, & ſimiles cum ſuis connexis. Si denique dictum ens conſideratur, ut eſt agibile, inde oritur tota philoſophia Moralis. Quæ cum reſpiciat

ho-

hominem ratione eius operationum. ideo sicut homo consideratur tripliciter primo:in se,secundo respectu suæ familiæ,tertio denique respectu patriæ,& ciuitatis Hinc datur Ethica, Aeconomina,& Politica, At q; cum scientia legalis uersetur similiter circa prædictas hominum operationes,consequenter dicitur,& est pars prędictæ Philosophiæ moralis. ex quibus omnibus concludere debemus, quod sicut scientiæ omnes prædictæ adinuicem sunt unitæ,atq. connexionem habent cum prædicta scientia legali,ita etiam hoc idem est tenendum quoad practicam attinet de eadem scientia cum prædictis alijs. Secundo demonstratur uera eadem conclusio ponderando qualitatem finis eiusdem iuris iuxta tradita per doctores in explicatione glo.sūmę libri Decretalium. Sicut n. finis est multiplex,ut etiam nos docet Nauarrus in sua relectione de fini. humanorum act. cum alius sit æternus, alius uerò temporaneus, alius ultimus,alius uerò medius, alius publicus, alius deniq; priuatus. Ita etiam ad distinctam cognitionē iuris conuenit,ne dicam oportet scire etiam huiusmodi fines, cum illud sit ordinatum ad prædictos fines consequendum. At quoniam cognitio prædictorum finium haberi nequit, nisi adminiculo aliarum sciētiarum, ideò idem,quod supra est omnino tenendum. Tertio Idem cognoscitur ab unione ipsarum legum, quæ sunt principia prędictæ legalis scientiæ. Siquidem ad mentem prę sertim Theologorum nemini est dubium legem aliam esse æternam; quæ est in mente Dei. aliam naturalem, & diuinam, de qua uerificatur dictum Prophetæ uidelicet signatum est super nos lumen uultu tui Domine. Alia denique est humana,quæ a prædictis essentialiter dependet,ut nos docet Augustinus de Ancona in suo tract. de potest.ecclesiæ q. 44 Hanc distinctionem nos docet D. Tho. 1. 2.q.91.per, tot.& Sot. lib.1.de iusti.q.2.Ex qua legum connexione intelligimus primo legem esse genus analogum iuxta naturam Analogiæ,a logicis presertim explicatam. Intelligimus secundo,quod sicut leges in essendo habent prædictam connexionem, ita etiam, & in cognoscendo, & cum lex humana, de qua loquimur intelligi nequeat, nisi per cognitionem legis naturalis, diuinæ, & æternæ, atq; istarum cognitio haberi nequeat,nisi adminiculo aliarum scientiarum, ideò scientia iuris humani sine prædictis alijs erit undique imperfecta. Nec obstat,quod docet idem D.Tho.in d.1.2. q.95 art.2.legem promulgari aliquando per modum conclusionis, & aliquando per modum determinationis, & cum l.humana pro maiori eius parte uideatur promulgata per modum determinationis,ideo dē

du-

ducta in hac argumentatione nihil videntur concludere. Cui quidem obiectioni respōderi potest, quod cum Ars Ciuilis imitetur naturam. §. minorem natu, cum ibi adnotatis insti. de adoptio. Ideò dicimus l. humanā promulgatam per modum determinationis depēdere a lege naturali, diuina, & æterna, si non per modum essendi, saltem per modum imitationis, & propterea legimus iudicem obligatum esse in iudicando imitari iudicem æternum. c. 1 de senț. & re iudi. c qualiter. il 2. de accusa. & sic obiectio non videtur obstare. Licet. n. Principis placitum sit lex. l. 1. ff. de Constitu. Illud tamen est verum, dummodo illud sit rationabile, vt docet Alphon. de Castr. in suo tracta de l. pænal. par 1. ca. 1. & propterea D. Tho. in prima secundæ q. 90. & Sotus lib. 1. de iusti. q. i docet legem nil aliud esse nisi rationis ordinationem. Atq; secundum vnam opinionem esse etiam actum intellectus, vt apud Sotum loco cit. videri potest. Vnde vlterius procedendo Quarto loco eadem sciētiarum vnio deducitur a cognitione subiecti eiusdem legalis scientiæ, siquidem legimus in §. fi. insti. de iur. na. & in l. 1. ff. de sta. ho, atq; in. §. fi. instit. cano, de ec. consti. qualiter ius nostrum reducitur ad personas. licèt versetur circa eas, res, & actiones, Et cum persona cōsideretur etiam in alijs sciētijs, diuerso tñ respectu, sequitur inde, quòd cognitio eius ex iure tm̄ habita, ac desumpta, sit imperfecta, & diminuta, cum sit sub vna ratione formali tantum; sequitur propterea quòd ad hoc vt illa sit completa, requiritur cognitio eius ex alijs quoq; scientijs desumenda, & propterea idem quod supra videtur omnino tenendū. Quinto Idem demōstratur etiam in practica, siquidem legimus in. §. quòd si naturali insti. de rer. diuis. & in l. adeò quidem. §. quod si totum ff. acquir. rer. domi. Alueum fluminis nobis acquiri secundum latitudinem prædij nostri, dubium modo est An ista acquisitio ad hoc vt sit iusta, fieri debeat per angulos rectos, vel acutos, seu obtusos, quod quidem cum sciri, ac definiri nequeat nisi mediante beneficio scientiarum mathematicarum, meritò Rursus extat consuetudo in nonnullis locis, quod bona describantur, ac finibus terminentur secundū partes principales totius Orbis, ita videlicet, quod a parte Orientali pro confini habeant Titium, ab occidentali Sempronium, a Meridie Caium, & a septentrione Seium, Vnde in causa quæstionis de idētitate dictorum bonorum, quæ de iure apud acta probari debet, vt nouissimę docet Mascard in suo tracta de probatio. concl. 874. esset omnino recurrēdum ad Cosmographiam, Geographiam, & Topographiam, siquidem sicut per huiusmodi scientias intelligimus prædictas

ctas partes principales orbis, terræ, & loci; ita etiam prædictos confines, & successiuè prædictã identitatem. Interdum in practica illud idem sæpè occurrit, quod cum alter ex litigantibus intendat aliquid probare, post didicita testificata, quod esset idem, vel contrarium articulis iam respectiuè productis, idque facere nequeat ob illam vulgarem iuris conclusioné, qua cauetur, quòd post didicita testificata, non licet amplius testes examinare super eisdem, vel de directo contrarijs, Clem. 2. de testi. doct. cõiter in c. fraternitatis, eod. Vnde volens talis litigans hanc conclusionem euitare dicit se producere capitula non eadem, sed diuersa, non de directo contraria, sed contradictoria, & propterea prætendit illa esse admittenda iuxta adnot. ab Ant. de Butr. super d. c. Fraternitatis. Hæc autem difficultas cum commodè in iure definiri nequeat, sed cõueniat, ne dicam oporteat, recurrere ad logicam, & dialecticam, ad quam spectat similes controuersias definire; ideò idem quod supra est de iure dicendum. Sexto, & vltimo eadem conclusio cognoscitur vera etiam in contractibus, & vltimis voluntatibus, siquidem in contractibus considerari debet proportio, cuius cognitio solum a scientijs mathematicis habetur. Ex quo. n. sicut omnis contractus reducitur ad aliquam virtutem, & præsertim ad iustitiam, vel liberalitatem, ita etiam dependet a debita proportione requisita ad talem virtutem, & propterea pro cognitione istius propositionis ad prædictas scientias esset recurrendum, cum illa sit aliquando Arithmetica, aliquando Geometrica, & aliquando Armenia sicut iustitia, quæ eodem modo diuiditur, cum vna sit commutatiua, altera distributiua, & tertia legalis. Rursus proportio vna dicitur realis, altera verò rationis. Qua de re sicut proportiones istæ reperiuntur in contractibus, & vltimis voluntatibus, ac etiam dispensationibus per Principem faciendis; ita etiam necessario recurrendum est ad illas scientias, ex quibus dictarum proportionum cognitio habetur, & propterea vera intelligentia l. si ita scriptum sit. ff. de libe. & posthu. cum alijs similibus aliunde non habetur, nisi a prædictis scientijs, & cognitione prædictarũ proportionum, Et successiuè idem quod supra semper videtur de iure tenendum. Ex quibus omnibus oportet concludere, quòd cum cognitio multarum conclusionum, ne dicam omnium, non habeatur in iure, nisi imperfecta, & diminuta, ideò sapienter dictum fuit a Iure consulto in d. l. iustitia, quod iuris prudentia sit diuinarum, atq; humanarum rerum notitia, iusti, atq; iniusti scientia. ex qua iuris consulti sententia habemus primo facultatem legalem esse vnitam cũ

alijs ſcientijs in theorica,& in practica: vt ſatis clarè conſtat per deducta. Intelligimus ſecundo non eſſe neceſſarium, licèt admodum expediret, cognitionem aliarum rerum eſſe perfectam, ſed ſolũ ſatis eſſe de eis habere notitiam, vt dicit tex. Et cum de prædictis omnibus verè dubitari nequeat, quæreret modo aliquis An prius ſit danda opera facultati legali, vel potius cognitioni rerum prædictarum, diuinarum atq; humanarũ. In qua difficultate licèt philoſophi Morales inter ſe non conueniant, in præſenti tamen, diſputatione omiſſa, atq; quantum facit ad inſtitutum propoſitum placet approbare illam opinionem, quæ tenet Philoſophiæ morali prius eſſe operam dandam, Ea præſertim ratione quia per eam ſedantur, ſeu moderantur paſſiones, & affectiones animi; quibus ſic ſedatis, ſeu moderatis homo redditur magis aptus ad res diuinas, naturales, & humanas contemplandas, & propterea prudenter videtur factũ prius adnotare Compendium vtriuſq; iuris, cuius beneficio, quilibet, non ſolũ moderatur, aliqua tamen ex parte prædictas animi paſſiones; ſed etiam redditur magis aptus tam ad perfectam cognitionem iuris, quam etiam ad notitiam dicti rerum diuinarum atq; humanarum Saluo tamen.

FINIS.

INDEX LECTIONVM PRAESENTIS OPVSCVLI.

FINIS.

IN EPITOMEN EXCEL. D. IO. BAPTISTAE BARTHOLINI.

STringitur exiguo legũ distincta libello.
Copia, quã multi vix docuere Patres.
Quid poscis Fluuios, vel amaras aequoris vndas.
Vberiora nouo pocula fonte bibes.

FINIS.

INDEX
RERVM NOTABILIVM PRAESENTIS OPVSCVLI.

Res

FINIS.

COMPENDIVM IVRIS CIVILIS,

Et ordinis librorum eiusdem per modum introductionis.

Desumptum ex doctrina D. Io. Baptista Leonellij Bartholini I. C. Perusini.

LECTIO PRIMA.

De Ordine librorum Iuris Ciuilis.

QVONIAM mihi proposui breuem summam vtriusq; iuris adnotare per modum introductionis, atq; hactenus absoluta fuit summa iuris Canonici suo iure sequitur modo similem summam adnotare iuris Ciuilis. Qua de re cum illud multiplex reperiatur, nempe aliud dicitur esse alicuius regni, seu prouinciae: aliud alicuius Ciuitatis, seu Castri: aliud deniq; dicitur ius commune, quod ob excellentiam eius ciuile simpliciter nominatur iuxta §. sed ius quidem. Insti. de iur. nat. gen.
Nos in praesenti de isto iure communi pertractare intendimus, quod cum ante tempus Iustiniani Imperatoris fuisset admodum confusè traditum: ideo volens Imperator iste sub certa methodo, & ordine illud reducere, & docere eius mandato facta fuit cōpilatio Digestorum, Codicis, Authenticorum & Institutionum, vnde nos methodicè procedendo dicimus omnes libros istius iuris ita esse considerandos, vt quidam dicantur introductorij, & sunt praedictae institutiones. Quidam verò decisorij, & sunt praedictae compilationes Digestorum, Codicis, & Authenticorum. Rursus praedictae Institutiones de mādato eiusdem Imperatoris tali ordine sunt cōpositae, vt primo diuidantur in duas partes, videlicet prohemium, & tractatum, Prohemium ibi Imperatoriā Maiestatem, Tractatus ibi, de iur. perso. In prohemio explicatur inten-

tio eiusdem Imperatoris. In tractatu verò cõprehenditur compendiũ per modũ introductionis eiusdem iuris. Rursus tractatus diuiditur in duas partes, in prima .n. explicantur principia illius facultatis ciuilis: in secũda verò declarantur partes subiecti eiusdẽ facultatis secunda ibi de iu. pers. Ratio istius decisionis illa est, quia docet Philosophus quamlibet artem versari circa principia, subiectum, & partes eius. Vlteriùs licet ius ciuile versetur circa hominem, ratione qua ciuiliter viuere debeat, legimus tamen in §. fi. d. ti. de iur. naturali &c. & in l. 1. ff. de statu hominum. d. ius versari circa personas, res, & actiones. Qua de re sec ũda pars tractatus. dd. Institutionũ subdiuiditur in plures particulas. In prima enim explicãtur personæ à d. tit. de iu. perso. vsq; ad fi. primi libri. Secundo declarantur res, quomodo videlicet nobis acquirantur, quomodo conseruentur, & quomodo diminuãtur iuxta l. fi. ff. de ll. Idq; absoluitur à tit. de rerum diuisione vsq; ad tit. de obligationibus earundẽ Institutionum, & sic per totũ secundum librũ cum dimidio ferè tertij. Tertio quoniam erat agendũ de actionibus, atq; actio dependet ab obligatione, ideò in d. particula primo agitur de obligatione, & postea de actione. Idq; totũ absoluitur à d. tit. de obligatione vsq; ad vltimũ tit. earundem Institutionũ. In quo quidẽ vltimo tit. agitur de iud. public. ea ratione, quia legimus in §. fi. dd. insti. de iust. & iu. quòd ius ciuile aliud dicitur priuatũ, aliud verò publicum. De priuato tractatum fuit à d. tit. de iure perso. vsq; ad prædictum tit. vltimum. De iure verò publico tractatur solum in d. tit. vltimo, & sic habemus ordinem librorũ dictatum institutionum. Nunc descendendo ad reliquos libros, qui decisorij supra sũt nominati, Ad quorum ordinis cognitionem præmittere debemus totũ ius ciuile dupliciter fuisse consideratum. Primo videlicet ratione qua dicitur ius cõmune. Secũdo ratione qua dicitur ius extrauagans. Ius commune habetur in dictis compilationibus. Ius verò extrauagans secundũ vnam opinionem incipit ibi, Incipiunt constitutiones Feudorum. Secundum alteram verò opinionem incipit ibi, Constitutiones Friderici II. secundum tertiam denique est ibi Extrauagantes. Quæ autem opinio de his tribus sit magis sequenda, est in arbitrio cuiuslibet, cum non sit admodum necessarium potiùs vnam quam alteram approbare. Qua de re redeundo ad libros decisorios prædicti iuris communis adnotare debemus illud tripliciter fuisse consideratum. Primo ratione qua dicitur ius antiquum: & istud legimus nobis traditum in dicta compilatione Digestorum. Secundo ratione qua dicitur nouum. Et hoc habetur in d. compilatione Codicis. Tertio ratione qu est ius nouissimũ. Et istud legitur in d. cõpilatione Authenticorum. ¶Rursus Compilatio Digestorum sub diuerso respectu diuersimodè fuit in plures partes diuisa. Doctores enim qui eam de mandato Iustiniani composuerunt, vno respectu diuiserunt illam in 50 libros; alio verò in septẽ partes. De quibus quidem

dem diuisionibus si quis plura copiosè videre cupiat videat l.1. & 2. C. de vet. iu. enucl. Fuit vlterius eadem Digestorum compilatio alia ratione diuisa à doctoribus neotericis in tres videlicet partes, quarum vna dicitur Digestum vetus: secunda Digestum infortiatum: tertia Digestum nouum. Idq; ea ratione factum esse videtur, ob maiorem videlicet commoditatem ius interpretãdi in publicis gymnasijs. Prima ita fuit nominata, quia principaliter continet ius vetustius. Secunda ita fuit dicta, quoniam continet fortes leges vltimarum voluntatum. Tertia deniq; ita fuit inscripta, quia continet diuersa edicta prætorum, vt latius explicat Sebast. Brant. in principio sui libri expositionis tit. iu. ciu. Compilatio verò Codicis diuisa fuit ab eisdem compilatoribus in libros 12. prout latius in ll. supra adductis expresse habere. Quamuis autem istæ duæ compilationes vlterius subdiuidantur, quoniam tamen de tali sub diuisione non in præsenti, sed infra in proprio loco erit pertractandum, quando videlicet sermo erit habendus de materijs ordinarijs cuiuslibet publici gymnasij, ideò vlteriùs procedendo, sequitur nũc compilatio Authenticorum, quæ diuisa fuit in nouem collationes, & quælibet collatio in plures titulos, quibus nonnulli addere voluerunt decimum videlicet de consuetudine Feudorum de qua diximus supra, quæ quidẽ opinio vndiq; non satisfacit, & propterea, quoad ordinem prædictorum librorum attinet per ea, quæ hactenus dicta sunt habemus quid erat animaduersione dignum. Et cum pertractare de alijs libris eiusdem facultatis esset transcendere terminos nostri instituti, cum de decisorijs tantum proposuerimus pertractare, ideò sit satis ista tantum adnotasse.

LECTIO SECVNDA.

De principijs Iuris Ciuilis.

Qvoniam bonum ciuile, quod est obiectum istius nostræ facultatis constat ex principijs, seu præceptis iuris naturæ, iuris gentiũ, & iuris vt vocant ciuilis l.1. § huius studij ff. de iust. & iur. §. fina. Insti. eod. ideò de huiusmodi principijs pertractando, primo de iure naturæ, adnotare debem⁹ illud nil aliud esse, nisi quod Natura omnia animalia docet, & propterea omnibus animantibus conuenit, & est commune dicto §. huius studij, & d. institut. de iur. natura. in prin. Quod quidem ius

 ali-

præſenti tamen placet eas ita diuidere, quòd videlicet omnis rerum cognitio dicitur eſſe aut infuſa, aut acquiſita. Si fuerit infuſa, alia dicitur ſcripturalis; alia verò ſcolaſtica. Scripturalis habetur apud expoſitores veteris, & noui Teſtamenti, Scolaſtica verò docetur per methodum diſputatiuam, & Dialecticam; quæ iterum ita ſubdiuidi poteſt, vt eius ſecta vna dicatur terminiſtarum. Altera verò realium, & hæc rurſus diuerſa reperitur, cum vna ſit Thomiſtarum; Altera verò Scotiſtarum, & aliorum ſimilium. Quæ omnes ſectæ cum verſentur circa prædictam cognitionem, ſeu ſcientiam infuſam, ideò illa communi vocabulo dicitur ſacra Theologia, & illius profeſſores ſacri Theologi nominantur. Nunc de ſcientia acquiſita, quæ communi vocabulo Philoſophia dici poteſt, talis diſtinctio eſt adnotanda, ut una ſit de ente rationis: altera verò de ente reali. Rurſus ens, rationis ſicut conſideratur tripliciter, ita etiam triplex eſt eius cognitio, primo.n conſideratur ſub eo reſpectu, quo debet eſſe congruum. Et propterea inde datur Grammatica. Secundo ratione ornatus, hinc datur Rhetorica. Tertio deniq; ratione probabilitatis, & modi arguendi, hinc habetur logica, atque dialectica. At ens reale, ex quo ſcientiæ circa illud uerſantes reales dicuntur, ſimiliter diuerſimodè contemplatur, ſiquidem ſi ratione principij datur intellectus, qui dicitur cognitio principiorum: ſi verò ratione principiati, tunc ulterius conſideratur tripliciter, uidelicet ſecundum propriam eius naturam, ſecundo ut eſt factibile, tertio ut eſt agibile. Primo modo adhuc conſideratur aliquando ratione ſubſtantiæ, & eſſentiæ, atque hinc datur Methaphiſica aliquando verò ratione qua eſt mobile, atq; hinc habemus philoſophiam naturalem. Vt denique ratione quanti, & hinc datur ſcientia mathematica. Quæ adhuc ſubdiditur ad diuiſionem ipſius quanti, ſeu quantitatis. Siquidem quantum aut eſt continuum, aut diſcretum Sub primo reſpectu datur Geometria, & Aſtronomia cum ſuis annexis, & dependentibus. At ſecundo modo datur Arithmetica, & Muſica, ſimiliter cum ſuis annexis, & dependentibus. At ſi ens prædictum conſideratur ratione, qua eſt factibile, tunc oriuntur inde omnes Artes, quæ adhuc conſiderantur aliquando ratione neceſsitatis, & propterea inde oritur Agricultura, Medicina, & ſimiles. Aliquando uero ratione commoditatis, & propterea datur inde Architectura cum ſuis dependentibus, & annexis. Aut conſideratur ratione ornatus, & tunc datur pictura, ſculptura, & ſimiles cum ſuis connexis. Si denique dictum ens conſideratur, ut eſt agibile, inde oritur tota philoſophia Moralis. Quæ cum reſpiciat

ho-

hominem ratione eius operationum. ideo ſicut homo conſideratur tripliciter primo: in ſe, ſecundo reſpectu ſuæ familiæ, tertio denique reſpectu patriæ, & ciuitatis Hinc datur Ethica, Aeconomina, & Politica, Atq; cum ſcientia legalis uerſetur ſimiliter circa prædictas hominum operationes, conſequenter dicitur, & eſt pars prędictæ Philoſopiæ moralis. ex quibus omnibus concludere debemus, quod ſicut ſcientiæ omnes prædictæ adinuicem ſunt unitæ, atq, connexionem habent cum prædicta ſcienria legali, ita etiam hoc idem eſt tenendum quoad practicam attinet de eadem ſcientia cum prædictis alijs. Secundo demonſtratur uera eadem concluſio ponderando qualitatem finis eiuſdem iuris iuxta tradita per doctores in explicatione glo. ſũmę libri Decretalium. Sicut n. finis eſt multiplex, ut etiam nos docet Nauarrus in ſua relectione de fini. humanorum. act. cum alius ſit æternus, alius uerò temporaneus, alius ultimus, alius uerò medius, alius publicus, alius deniq; priuatus. Ita etiam ad diſtinctam cognitionẽ iuris conuenit, ne dicam oportet ſcire etiam huiuſmodi fines, cum illud ſit ordinatum ad prædictos fines conſequendum. At quoniam cognitio prædictorum finium haberi nequit, niſi adminiculo aliarum ſciẽtiarum, ideò idem, quod ſupra eſt omnino tenendum. Tertio Idem cognoſcitur ab unione ipſarum legum, quæ ſunt principia prędictæ legalis ſcientiæ. Siquidem ad mentem prę ſertim Theologorum nemini eſt dubium legem aliam eſſe æternam, quæ eſt in mente Dei. aliam naturalem, & diuinam, de qua uerificatur dictum Prophetæ uidelicet ſignatum eſt ſuper nos lumen uultu tui Domine. Alia denique eſt humana, quæ a prædictis eſſentialiter dependet, ut nos docet Auguſtinus de Ancona in ſuo tract. de poteſt. eccleſiæ q. 44 Hanc diſtinctionem nos docet D. Tho. 1. 2. q. 91. per, tot. & Sot. lib. 1. de iuſti. q. 2. Ex qua legum connexione intelligimus primo legem eſſe genus analogum iuxta naturam Analogiæ, a logicis preſertim explicatam. Intelligimus ſecundo, quod ſicut leges in eſſendo habent prædictam connexionem, ita etiam, & in cognoſcendo, & cum lex humana, de qua loquimur intelligi nequeat, niſi per cognitionem legis naturalis, diuinæ, & eternæ, atq; iſtarum cognitio haberi nequeat, niſi adminiculo aliarum ſcientiarum, ideò ſcientia iuris humani ſine prædictis alijs erit undique imperfecta. Nec obſtat, quod docet idem D. Tho. in d. 1. 2. q. 95 art. 2. legem promulgari aliquando per modum concluſionis, & aliquando per modum determinationis, & cum l. humana pro maiori eius parte uideatur promulgata per modum determinationis, ideo dẽ du-

ducta in hac argumentatione nihil videntur concludere. Cui quidem obiectioni respóderi potest, quod cum Ars Ciuilis imitetur naturam. §. minorem natu, cum ibi adnotatis insti. de adoptio. Ideò dicimus l. humanã promulgatam per modum determinationis depẽdere a lege naturali, diuina, & æterna, si non per modum essendi, saltem per modum imitationis, & propterea legimus iudicem obligatum esse in iudicando imitari iudicem æternum. c. 1 de sent. & re iudi. c qualiter. il 2. de accusa. & sic obiectio non videtur obstare. Licet. n. Principis placitum sit lex. l. 1. ff. de Constitu. Illud tamen est verum, dummodo illud sit rationabile, vt docet Alphon. de Castr. in suo tracta de. l. pænal. par 1. ca. 1. & propterea D. Tho. in prima secundæ q. 90. & Sotus lib. 1. de iusti. q. 1 docet legem nil aliud esse nisi rationis ordinationem. Atq; secundum vnam opinionem esse etiam actum intellectus, vt apud Sotum loco cit. videri potest. Vnde vlterius procedendo Quarto loco eadem sciẽtiarum vnio deducitur a cognitione subiecti eiusdem legalis scientiæ, siquidem legimus in §. fi. insti. de iur. na. & in l. 1. ff. de sta. ho. atq; in. §. fi. instit. cano. de ec. consti. qualiter ius nostrum reducitur ad personas. licèt versetur circa eas, res, & actiones, Et cum persona cõsideretur etiam in alijs sciẽtijs, diuerso tñ respectu, sequitur inde, quòd cognitio eius ex iure tñ habita, ac desumpta, sit imperfecta, & diminuta, cum sit sub vna ratione formali tantum; sequitur propterea quòd ad hoc vt illa sit completa, requiritur cognitio eius ex alijs quoq; scientijs desumenda, & propterea idem quod supra videtur omnino tenendũ. Quinto Idem demõstratur etiam in practica, siquidem legimus in. §. quòd si naturali insti. de rer. diuis. & in l. adeò quidem. § quod si totum ff. acquir. rer. domi. Alueum fluminis nobis acquiri secundum latitudinem prædij nostri, dubium modo est An ista acquisitio ad hoc vt sit iusta, fieri debeat per angulos rectos, vel acutos, seu obtusos, quod quidem cum sciri, ac definiri nequeat nisi mediante beneficio scientiarum mathematicarum, meritò Rursus extat consuetudo in nonnullis locis, quod bona describantur, ac finibus terminentur secundũ partes principales totius Orbis, ita videlicet, quod a parte Orientali pro confini habeant Titium, ab occidentali Sempronium, a Meridie Caium, & a septentrione Seium, Vnde in causa quæstionis de idẽtitate dictorum bonorum, quæ de iure apud acta probari debet, vt nouissimè docet Mascard in suo tracta de probatio. concl. 874. esset omnino recurrẽdum ad Cosmographiam, Geographiam, & Topographiam, siquidem sicut per huiusmodi scientias intelligimus prædi-

ctas

ctas partes principales orbis, terræ, & loci; ita etiam prædictos confines, & successiuè prædictã identitatem. Interdum in practica illud idem sæpè occurrit, quod cum alter ex litigantibus intendat aliquid probare, post didicita testificata, quod esset idem, vel contrarium articulis iam respectiuè productis, idque facere nequeat ob illam vulgarem iuris conclusioné, qua cauetur, quòd post didicita testificata, non licet amplius testes examinare super eisdem, vel de directo contrarijs, Clem. 2. de testi. doct. cõiter in c. fraternitatis, eod. Vnde volens talis litigans hanc conclusionem euitare dicit se producere capitula non eadem, sed diuersa, non de directo contraria, sed contradictoria, & propterea prætendit illa esse admittenda iuxta adnot. ab Ant. de Butr. super d. c. Fraternitatis. Hæc autem difficultas cum commodè in iure definiri nequeat, sed cõueniat, ne dicam oporteat, recurrere ad logicam, & dialecticam, ad quam spectat similes controuersias definire, ideò idem quod supra est de iure dicendum. Sexto, & vltimo eadem conclusio cognoscitur vera etiam in contractibus, & vltimis voluntatibus, siquidem in contractibus considerari debet proportio, cuius cognitio solum a scientijs mathematicis habetur. Ex quo. n. sicut omnis contractus reducitur ad aliquam virtutem, & præsertim ad iustitiam, vel liberalitatem, ita etiam dependet a debita proportione requisita ad talem virtutem, & propterea pro cognitione istius propositionis ad prædictas scientias esset recurrendum, cum illa sit aliquando Arithmetica, aliquando Geometrica, & aliquando Armenia sicut iustitia, quæ eodem modo diuiditur, cum vna sit commutatiua, altera distributiua, & tertia legalis. Rursus proportio vna dicitur, realis, altera verò rationis. Qua de re sicut proportiones istæ reperiuntur in contractibus, & vltimis voluntatibus, ac etiam dispensationibus per Principem faciendis; ita etiam necessario recurrendum est ad illas scientias, ex quibus dictarum proportionum cognitio habetur, & propterea vera intelligentia l. si ita scriptum sit. ff. de libe. & posthu. cum alijs similibus aliunde non habetur, nisi a prædictis scientijs, & cognitione prædictarũ proportionum, Et successiuè idem quod supra semper videtur de iure tenendum. Ex quibus omnibus oportet concludere, quòd cum cognitio multarum conclusionum, ne dicam omnium, non habeatur in iure, nisi imperfecta, & diminuta, ideò sapienter dictum fuit a Iure consulto in d. l. iustitia, quod iuris prudentia sit diuinarum, atq; humanarum rerum notitia, iusti, atq; iniusti scientia. ex qua iuris consulti sententia habemus primo facultatem legalem esse vnitam cũ

alijs ſcientijs in theorica,& in practica. vt ſatis clarè conſtat per deducta. Intelligimus ſecundo non eſſe neceſſarium, licèt admodum expediret, cognitionem aliarum rerum eſſe perfectam, ſed ſolũ ſatis eſſe de eis habere notitiam, vt dicit tex. Et cum de prædictis omnibus verè dubitari nequeat, quæreret modo aliquis An prius ſit danda opera facultati legali, vel potius cognitioni rerum prædictarum, diuinarum atq; humanarũ, In qua difficultate licèt philoſophi Morales inter ſe non conueniant, in præſenti tamen, diſputatione omiſſa, atq; quantum facit ad inſtitutum propoſitum placet approbare illam opinionem, quæ tenet Philoſophiæ morali prius eſſe operam dandam, Ea præſertim ratione quia per eam ſedantur, ſeu moderantur paſſiones, & affectiones animi; quibus ſic ſedatis, ſeu moderatis homo redditur magis aptus ad res diuinas, naturales, & humanas contemplandas, & propterea prudenter videtur factũ prius adnotare Compendium vtriuſq; iuris, cuius beneficio, quilibet, non ſolũ moderatur, aliqua tamen ex parte prædictas animi paſſiones; ſed etiam redditur magis aptus tam ad perfectam cognitionem iuris, quam etiam ad notitiam dicti rerum diuinarum atq; humanarum Saluo tamen.

FINIS.

INDEX

LECTIONVM PRAESENTIS OPVSCVLI.

FINIS.

IN EPITOMEN EXCEL. D. IO: BAPTISTAE BARTHOLINI.

STringitur exiguo legũ distincta libello.
Copia, quã multi vix docuere Patres.
Quid poscis Fluuios, vel amaras aequoris vndas.
Vberior a nouo pocula fonte bibes.

FINIS.

INDEX
RERVM NOTABILIVM
PRAESENTIS OPVSCVLI.

Iustitia

Res

FINIS.

COMPENDIVM IVRIS CIVILIS,

Et ordinis librorum eiusdem per modum introductionis.

Desumptum ex doctrina D. Io. Baptista Leonellij Bartholini I. C. Perusini.

LECTIO PRIMA.

De Ordine librorum Iuris Ciuilis.

QVONIAM mihi proposui breuem summam vtriusq; iuris adnotare per modum introductionis, atq; hactenus absoluta fuit summa iuris Canonici suo iure sequitur modo similem summam adnotare iuris Ciuilis. Qua de re cum illud multiplex reperiatur, nempe aliud dicitur esse alicuius regni, seu prouinciæ: aliud alicuius Ciuitatis, seu Castri: aliud deniq; dicitur ius commune, quod ob excellentiam eius ciuile simpliciter nominatur iuxta §. sed ius quidem. Insti. de iur. nat. gen.
Nos in præsenti de isto iure communi pertractare intendimus, quod cum ante tempus Iustiniani Imperatoris fuisset admodum confusè traditum: ideo volens Imperator iste sub certa methodo, & ordine illud reducere, & docere eius mandato facta fuit cõpilatio Digestorum, Codicis, Authenticorum. & Institutionum, vnde nos methodicè procedendo dicimus omnes libros istius iuris ita esse considerandos, vt quidam dicantur introductorij, & sunt prædictæ institutiones. Quidam verò decisorij, & sunt prædictæ compilationes Digestorum, Codicis, & Authenticorum. Rursus prædictæ Institutiones de mãdato eiusdem Imperatoris tali ordine sunt cõpositæ, vt primo diuidantur in duas partes, videlicet prohemium, & tractatum, Prohemium ibi Imperatoriã Maiestatem, Tractatus ibi, de iur. perso. In prohemio explicatur inten-

tio eiusdem Imperatoris. In tractatu verò cōprehenditur compendiū per modū introductionis eiusdem iuris. Rursus tractatus diuiditur in duas partes, in prima.n.explicantur principia illius facultatis ciuilis: in secūda verò declarantur partes subiecti eiusdē facultatis secunda ibi de iu.pers.Ratio istius decisionis illa est, quia docet Philosophus quamlibet artem versari circa principia, subiectum, & partes eius. Vlteriùs licet ius ciuile versetur circa hominem, ratione qua ciuiliter viuere debeat, legimus tamen in §.fi.d.ti.de iur.naturali &c.& in l.1. ff.de statu hominum.d.ius versari circa personas, res, & actiones. Qua de re secūda pars tractatus.dd. Institutionū subdiuiditur in plures particulas. In prima enim explicātur personæ à d.tit.de iu.perso.vsq; ad fi. primi libri. Secundo declarantur res, quomodo videlicet nobis acquirantur, quomodo conseruentur, & quomodo diminuātur iuxta l.fi.ff.de.ll.Idq; absoluitur à tit.de rerum diuisione vsq; ad tit.de obligationibus earundē Institutionum, & sic per totū secundum librū cum dimidio ferè tertij. Tertio quoniam erat agendū de actionibus, atq; actio dependet ab obligatione, ideò in d. particula primo agitur de obligatione, & postea de actione. Idq; totū absoluitur à d.tit. de obligatione vsq; ad vltimū tit.earundem Institutionū. In quo quidē vltimo tit. agitur de iud.public.ea ratione, quia legimus in §.fi. dd.insti.de iust.& iu. quòd ius ciuile aliud dicitur priuatū, aliud verò publicum. De priuato tractatum fuit à d.tit.de iure perso.vsq; ad prædictum tit. vltimum. De iure verò publico tractatur solum in d. tit.vltimo, & sic habemus ordinem librorū dictarum institutionum. Nunc descendendo ad reliquos libros, qui decisorij supra sūt nominati, Ad quorum ordinis cognitionem præmittere debemus totū ius ciuile dupliciter fuisse consideratum. Primo videlicet ratione qua dicitur ius cōmune. Secūdo ratione qua dicitur ius extrauagans. Ius commune habetur in dictis compilationibus. Ius verò extrauagans secundū vnam opinionem incipit ibi, Incipiunt constitutiones Feudorum. Secundum alteram verò opinionem incipit ibi, Constitutiones Friderici II. secundum tertiam denique est ibi Extrauagantes. Quæ autem opinio de his tribus sit magis sequenda, est in arbitrio cuiuslibet, cum non sit admodum necessarium potiùs vnam quam alteram approbare. Qua de re redeundo ad libros decisorios prædicti iuris communis adnotare debemus illud tripliciter fuisse consideratum. Primo ratione qua dicitur ius antiquum: & istud legimus nobis traditum in dicta compilatione Digestorum. Secundo ratione qua dicitur nouum. Et hoc habetur in d.compilatione Codicis. Tertio ratione qu est ius nouissimū. Et istud legitur in d.cōpilatione Authenticorum. Rursus Compilatio Digestorum sub diuerso respectu diuersimodè fuit in plures partes diuisa. Doctores enim qui eam de mandato Iustiniani composuerunt, vno respectu diuiserunt illam in 50 libros; alio verò in septē partes. De quibus quidem

dem diuisionibus si quis plura copiosè videre cupiat videat l. 1. & 2. C. de vet. iu. enucl. Fuit vlterius eadem Digestorum compilatio alia ratione diuisa à doctoribus neotericis in tres videlicet partes, quarum vna dicitur Digestum vetus: secunda Digestum infortiatum: tertia Digestum nouum. Idq; ea ratione factum esse videtur, ob maiorem videlicet commoditatem ius interpretādi in publicis gymnasijs. Prima ita fuit nominata, quia principaliter continet ius vetustius. Secunda ita fuit dicta, quoniam continet fortes leges vltimarum voluntatum. Tertia deniq; ita fuit inscripta, quia continet diuersa edicta prætorum, vt latius explicat Sebast. Brant. in principio sui libri expositionis tit. iu. ciu. Compilatio verò Codicis distrisa fuit ab eisdem compilatoribus in libros 12. pront latius in ll. supra adductis expressè habere. Quamuis autem istæ duæ compilationes vlterius subdiuidantur, quoniam tamen de tal sub diuisione non in præsenti, sed infra in proprio loco erit pertractandum, quando videlicet sermo erit habendus de materijs ordinarijs cuiuslibet publici gymnasij, ideò vlteriùs procedendo, sequitur nūc compilatio Authenticorum, quæ diuisa fuit in nouem collationes, & qualibet collatio in plures titulos, quibus nonnulli addere voluerunt decimum videlicet de consuetudine Feudorum de qua diximus supra, quæ quidē opinio vndiq; non satisfacit, & propterea, quoad ordinem prædictorum librorum attinet per ea, quæ hactenus dicta sunt habemus quid erat animaduersione dignum. Et cum pertractare de alijs libris eiusdem facultatis esset transcendere terminos nostri instituti, cum de decisorijs tantum proposuerimus pertractare, ideò sit satis ista tantum adnotasse.

LECTIO SECVNDA.

De principijs Iuris Ciuilis.

QVoniam bonum ciuile, quod est obiectum istius nostræ facultatis constat ex principijs, seu præceptis iuris naturæ, iuris gentiū, & iuris vt vocant ciuilis l. 1. § huius studij ff. de iust. & iur. §. fina. Insti. eod. ideò de huiusmodi principijs pertractando, primo de iure naturæ, adnotare debem' illud nil aliud esse, nisi quod Natura omnia animalia docet, & propterea omnibus animantibus conuenit, & est commune dicto §. huius studij, & d. institut. de iur. natura. in prin. Quod quidem ius

aliquando genericè, & aliquando specificè consideratur. Vnde si respectu hominis consideratum fuerit, meritò quidem ius gentium nominatur iuxtà §. singulorum d.insti.de rer. diuis. & §.1.d.tit.de iu.natu. Qua de re ad ius gentium descendendo, cum illud nil aliud sit, nisi quo omnes gentes indifferenter vtuntur, in duas diuiditur species quarum vna dicitur ius gentiũ primæuum, altera uerò ius gentium secundarium, Ius gentium primæuũ, quod etiam ius naturale specificum humanum nominari potest, nil aliud est, quam id, quod naturalis ratio inter omnes gentes dictat, atq; apud omnes populos peræquè custoditur §. ius auté ciuile d. insti.de iure nat. l.1. in fi. cum seq. ff. eo. Quo quidé iure cum omnes gentes utantur, vt dicunt iura adducta, ideo illud dicitur esse idem ius cum iure diuino impresso, ut Theologi loquuntur quoad mores tamen attinet iuxta canoné 1.dist.1. Ius autem gentium secundariũ nil aliud est nisi id, quod vsu exigéte & humanis necessitatibus suadentibus gentes humanæ sibi constituerunt §. ius autem gentium d.insti. de iu. natu. Ad cuius quidem iuris cognitionem uidendi sunt etiam doctores super l. Ex hoc iure gétium ff.eo. de iust. Ius deniq; ciuile est quod quisque populus sibi cõstituit, & propterea partim recedit à iure communi, partim illud approbat d.§.ius aũt ciuile, & l. ius ciuile cũ seq.ff.eo.de insti. quod quidé ius consideraẽ dupliciter primo respectu cuiuslibet Ciuitatis particularis, & sic de eo copiosè pertractant doctores super l. omnes populi ff.eo.de insti. & super l.cunctos populos C.de sum.trin.atq; ius istud alio nomine dicitur ius statutorum, & ius municipiale, quod adhuc considerari potest uel respectu totius Ciuitatis, aut ratione alicuius collegij eiusdem, hinc est, quod tale ius debet aliquando obseruari ab omnibus Ciuibus: aliquando uerò à descriptis in illo collegio, de cuius constitutionibus uidendus est omnino Bartolus in l. Sodales, ff. de collegijs illicitis. Secundo consideratur idem ius ratione, qua dicitur, & est cõmune, ut supra adnotauimus, De quo primò uidendum est quotuplex sit. secundò quale sit. Primo modo istud ius ita diuiditur, vt aliud dicatur scriptum, aliud uerò non scriptum. §. constat autem d.insti.de iur.natur. & d.l. ius ciuile in fi. De iure nõ scripto ut ab eo incipiamus quod consuetudo alio nomine nominatur, pertractant copiosè doctores in l. de quibus ff.de ll. & in c.fi.de consuet. ubi præsertim Io. Andr. est omnino uidédus, De quo illud præcipue est adnotandum, ut aliquando sit secundum ius scriptum, aliqñ præter, aliquando cõtra, & aliqñ supra illud idé, ut ibidem nos docent Doct. & præcipuè Héric.Boic. Ius uerò scriptũ plures habet partes, seu species, si quidem si fuerit promulgatũ à populo cõmuni uocabulo dicitur lex; Si uero constitutum fuerit à plebe interrogãte eius Tribuno dicitur plebiscitum, At si fuerit editum à Senatu, dicitur Senatus consultum. Si denique promulgatum fuerit à Principe, siue in communi, siue respectu alicuius cer-

ex personæ, dicitur constitutio. Reperitur adhuc alia species eiusdem iuris, quæ ius prætorium, ac etiam ius honorarium dicitur, quod Prætores introduxerunt adiuuãdi, vel supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia propter vtilitatem publicam, vt dicit tex. in l. ius autem ciuile. §. ius prætorium. ff. de iusti. de quibus speciebus videndus est tex. in §. lex est cum duobus seq. d. insti. de iur. natur. & d. l. ius autem ciuile cum l. 1. ff. de const. principum, & doct. super rub. C. qui admitti. Quæ quidem omnes species prædicti iuris, quoniam aliquando in aliquo casu videbãtur habere aliquam difficultatem si nõ aliter, saltem in applicando, ideò addita fuerunt responsa iuris prudentũ. §. responsa. d. Insti. eod. hinc nota quanta sit authoritas iurisconsultorum. Quamuis autem reperiantur quædam aliæ species eiusdem iuris à certo, & determinato authore denominatæ, vt est lex Falcidia, lex Aquilia, & similes aliæ. Istæ tamen reducuntur ad supradictas species, & ita concludere debemus, quòd iuris ciuilis partes, seu species sunt lex, plebiscitum, senatusconsultum, principum placita magistratuum edicta, & responsa prudentum, relatæ, & explicatæ in supra dictis locis. Nunc, vt videamus quale sit idem ius, dicimus vnà cum tex. in §. pen. d. insti. de iur. natu. quod ius naturale, & gentium dicitur esse immutabile, cum semper, vt supra diximus, apud omnes peræq; obseruetur, licet diuersas aliquando recipiat declarationes, vt nos docent doct. & Theologi. Ius verò ciuile est mutabile, & variabile ad varietatem temporum, & personarum. Mutatur autem, & variatur, vt dicit Iurisconsultus in l. de quib. ff. de ll. aliquando suffragio legislatoris: aliquando verò tacito consensu populi, & sic intelligimus quale illud sit, atque succesiuè per hæc habemus summam principiorũ istius nostræ facultatis.

LECTIO TERTIA.

De personis ciuilibus.

DIximus in præcedenti lectione ius nostrum ciuile versari circa personas, res, & actiones. l. 1. ff. de stat. homi. §. fin. d. insti. de iur. natu. idque non sine ratione, quia bonum ciuile, quod est obiectum istius iuris, dependet à cognitione, & à natura istarum triũ partium. Et cum omne ius ad personas reducatur, ideò de eis priùs agendo præmittere debemus, quòd persona dupliciter consideratur: primo absolutè; secundo respectiuè. Primo modo, cum sit indiuiduum rationalis substantiæ, in iure ita consideratur,

ratione

ratione qua debeat viuere iure, & ratione. Et propterea tenetur suas operationes regulare secundum dispositionem iuris, hinc est, quòd doctores nos docent illud proprium iuris esse reddere homines bonos. At secundo modo persona consideratur respectu potestatis, tam actiuè, quàm passiuè. Quæ quidem potestas nil aliud demonstrat nisi præeminentiā: & authoritatem super re aliqua, & propterea multiplex illa reperitur l. potestatis. ff. de verb signific. Et cum in præsenti accipiatur pro iure, quo vna persona alteri subijcitur, propterea dicimus potestatem aliā esse publicam, aliam priuatam. publica, quæ alio nomine dicitur iurisdictio iuxta tot. tit. de off. eius, & de iurisd. omn. iudi in ff. Ita subdiuiditur, vt vna dicatur ordinaria, altera verò delegata. De ordinaria videndi sunt doct. in l. 1. & in l. imperium d tit. de iurisd. om. iudic. De delegata verò in l. 1. d. tit. de off. eius: & in l. nec quicquam, §. vbi decretum, ff. de offic. Proconf. Hinc cognoscuntur qui, & quales sint iudices in cognoscendis, & definiendis causis. Altera verò potestas, nempè priuata, sicut diuersimodè consideratur; ita etiam diuersimodè diuiditur. Qua de re primo consideratur ratione familiæ, & sic vna dicitur Domini erga bona tēporalia: altera est eiusdem Domini erga seruos, & familiares. tertia est viri erga vxorem. quarta, & vltima erit patris erga filios, & nepotes, de quibus, vt breuiter aliquid adnotem⁹, de prima potestate Domini erga bona non conuenit in præsenti aliquid adnotare, cum sermo sit propositus de personis, vnde quoad potestatem Domini erga seruos, non est ignorandum, quòd serui, & familiares sub duplici reperiuntur differentia. Quidam enim sunt liberi, & titu. familiaritatis dicuntur seruire quod quidem seruitium cum dependeat à libertate vtriusq; partis, ideò aliud adnotari non potest, nisi qualitas conuentionis, inter eos contractæ. Quidam verò sunt serui, in quibus Domini habent dominum iuxta l. libertas, ff. de stat. homi. & tot. tit. institu. de his qui sunt sui, vel alieni, iur. Pro cuius quidem potestatis meliori cognitione præmittere debemus de iure naturæ omnes homines esse liberos: de iure verò gentium secundario quidam facti sunt serui, quidam verò liberi remanserunt, l. 3. cum seq. ff. eo. de stat. homi. §. 1. d. insti. de iu. perso. serui dicti sunt à seruando, & eorum conditio vnica est, l. libertas cum seq. eod. de stat. homi. §. 1. & 2. d. ti. de iu. perso. liberi verò in plures reperiuntur diuisi species, si quidem quidam dicuntur ingenui, quidam verò libertini d insti. de iure perso. in fin. & l. & seruorum. eodem. Ingenui sunt, qui ex matre libera sunt nati. Libertini verò sunt illi, qui ex iusta seruitute sunt manumissi. d. l. & seruorū, cum seq. & d. insti. de ingenu. & libert. in prin. Rursus libertini ita diuiduntur, secundum ius tamen antiquum quidā enim erant deditítij, quidam latini, & quidam ciues Romani, hodie tamen vnica est eorum species, & dicuntur ciues Romani, §. libertinorum d. insti. de liber. l. 1. C. de dedit. libert. toll.

toll. Quamuis autem dominus in huiusmodi seruis dominium habeat, illud tamen fuit à lege moderatũ iuxta §.fi.d.instit.de his,qui sunt sui, vel alieni iur.Hinc est, quòd aliquando cogitur ad seruum suum alienãdum, vt in d.§.cauẽtur. Libertinus verò, quamuis per manumissionem sit factus sui iuris, quoniam tamen dominus in eo retinet adhuc aliquid iuris, ideò tale ius dicitur ius patronatus iuxta tot.tit.ff.de iu.patr. & propterea aliquando eidem succedit ab intestato, vt infra suo loco dicemus. Tertia sequitur nũc potestas, quæ est mariti erga vxorem,quæ cum potiùs secundum canones,quàm secundum leges sit exequenda, ideò ad dispositionem canonum in hac parte me remitto. Qua de re sequitur quarta, & vltima potestas, videlicet patris erga filium. De qua in primis est adnotandum eam illis tantum competere,qui obseruant hoc ius ciuile cõmune. §.1.d.instit.de pat. potestate. Competit etiam masculis solum, & non fœminis,& propterea inde fortasse ortum est ius agnationis,acquiritur autem aliquando per matrimonium,aliquando per adoptionem, & aliquando per legitimationem. per matrimonium ideò acquiritur prædicta potestas, quia ita legimus à iure statutum d.tit.de pat. potest.in prin. Quale autem debeat esse legitimum matrimonium ad hoc præsertim, vt producat prædictum effectum,quamuis declaretur,& definiatur in iure ciuili,quoniam tamen sumus Christiani, ideò pro illius cognitione recurrendum est ad ius canonicum.

Cæterum illud non est omittendum, quòd filij nati extra matrimonium dicuntur illegitimi,spurij,& naturales, atque patrem minimè sequuntur.§.fi. aduersum d.institu.de nupt.Qui cum aliquãdo legitimẽtur quomodo hoc cõtingat infra suo loco dicemus. Per adoptionẽ verò acquiritur prædicta patria potestas,quando quis authoritate Magistratus, vel Principis aliquẽ in filiũ,seu nepotẽ adoptat, vel arrogat,iuxta tot.tit.dictarum institu de adopt. Doct.in l.si arrogator.ff.eod. Qua quidem adoptione, vel arrogatione facta filius adoptatus erit eiusdem qualitatis cum filio legitimo, & naturali. Et cum hæc potestas aliquando amittatur, ideò Imperator in titu.quib. mo.ius pat.potest.solu.demonstrat quibus modis illa soluatur, vbi legimus illã solui aliquando morte naturali, aliquando deportatione, & sic morte ciuili, aliquando promotione ad aliquam dignitatem maiorem,aliquando captiuitate, aliquando emancipatione, & aliquando alia simili adoptione. Nunc de potestate viri erga vxorem esset aliquid adnotandum,quæ cum dependeat à matrimonio, & illud à iure canonico, vt diximus, ideò ad illius dispositionem esset recurrendum, adnotandus est tamen Abb.in c literas,de restitu. spoli.vbi multa nos docet de prædicta potestate. Nunc ad personas extra familiam consideratas,descendendo in primis animaduertere debem9, quòd quamuis aliquis sit liberatus à potestate patris, vel domini, nõ propterea in omnibus dicitur factus sui iuris,quia si fuerit minor 14.annis re-

peritur sub tutela, si verò fuerit maior 14. & minor 25. reperitur sub cura d. institu. de tut. in princ. Si deniq; fuerit maior etiam 25. sponte subijcitur aliquando alterius potestati. Vnde vt de singulis aliquid breuiter adnotemus, est ulterius animaduertendũ, quòd tutela, & cura quædã habent propria, quædam vero communia, qua de re, vt de proprijs primo uideamus, & sic prius de tutela dicimus illam nil aliud esse, quam vim, ac potestatem in capite libero ad tuendum eum, qui propter ætatem se ipsum defendere nequit iure ciuili datam, atq; permissam l. 1. ff de tutel. d. institut. eod. in princ. Hinc est quod tutor datur personæ, & nõ reb⁹, & propterea certo negocio dari non potest §. ad certum tempus d. insti. qui testamento tutores &c. Quid autem tutor obseruare debeat, ut sit legitimus administrator docent nos doctores super l. tutor, qui repertorium ff. de admi. tuto. Huius quidem tutelæ tres sunt species quarum una dicitur testamẽtaria, quia permissum est parẽtib⁹ suis filijs tutorem dare aliquando simpliciter, aliquando superueniente iudicis confirmatione §. permissum est cum seq. d. titũ. de tutel. & iuxta totum titul. de testamenta. tut. Altera uero species dicitur legitima, quia competit illis qui pupillo ab intestato succederent, & sic proximioribus §. fi. d insti. de cap. dimi. Hinc est, quod si quis fuerit capite diminutus ad istam tutelam non admittitur d. tit. de capit. dimi. Quæ adhuc ita subdiuiditur ut una dicatur agnatorum d. institu de legiti. agna. tut. Alia dicitur patronorum ead. inst. de patrono. tutel. Alia dicitur parentum d. insti de parentum tutel. Alia deniq; dicitur fiduciaria, quia competit fratribus erga fratres emancipatos ead. insti. de fiduci tutel. Tertia nunc sequitur eiusdem tutelæ species, quæ datiua dicitur cũ detur a Iudice illis, qui tutorem, nec testamentarium, nec legitimum habent d. insti. de Attilia. tuto. Qualiscunque autem fuerit tutor eius authoritas est adeò necessaria ut pupillus nunquam se obligare ualeat sine eo, iuxta totum tit. de autho. tuto. Finitur autem tutela diuersis modis, præsertim uero ætate superueniẽte, Item morte naturali, ac ciuili, Item impedimento, seu conditione cessante, iuxta tot. titu. quib. mo. tut. fini. d. insti. nunc de cura agendo dicimus in primis, quòd curator propriè datur rebus, ideò etiam ad certam causam dari potest. Datur etiam furioso, non tamen inuitis, nisi in iudicio. iuxta tot. titu. d. insti. de curato. Hactenus vidimus quæ habeãt propria dictæ personæ, vt modo de communibus quædam adnotemus. Primo aduertendum est tam tutores quàm curatores teneri satisdare de fideliter administrãdo bona prædictorum minorum iuxta tot. tit. dd. insti. de satisda. tuto. &c. Secũdo quãuis tutela, & cura sint munera publica, & propterea regulariter nemo excusari valeat nihilominus quãplures dantur casus, in quibus quis excusatur ab huiusmodi muneribus iuxta tot. tit. dd. insti. ff. & C. de excusat. tuto. & cura. Tertio cũ ijdẽ tutores, & curatores aliquando habeãtur pro suspectis, ideò ut tales sæpe a tutela uel cura remouentur, iuxta tot. titul. dd. insti.

dd.insti.de suspect.tuto.&c.Et ita per hæc omnia uidimus quid iuris de prædictis minoribus. Quoad maiores uerò attinet est in primis obseruandum, quòd vnus subijcitur alteri ratione cuiusdam honestatis, & propterea iuuenes tenentur reuerentiam præstare senioribus.Quidam uerò alius alteri subijcitur ratione libere voluntatis, ut contingit in compromittentibus, & arbitris,iuxta tot.titul. in vtroq; iure de arbitris Hinc datur etiam illa subiectio,quæ est inter famulum,& dominum, inter procuratorem & aduocatum, & illos constituentes, atq; inter rusticū,& ciuem. Et ita per hæc omnia intelligimus per modum compendij, quem,& quales sint personæ ciuiles cuiuslibet fere status.

LECTIO QVARTA.

De acquirendo rerum dominio titulo singulari.

Diximus supra ius ciuile uersari circa personas, res,& actiones, & cū hactenus dictum sit de personis suo iure sequitur, vt aliquid de rebus adnotemus, quæ cum in iure tripliciter considerentur,uidelicet in acquirendo,in retinendo, & in amittendo l.fin.ff. de ll. ita etiam conuenit, ut de eis sub prædictis respectibus uideamus quid iuris, & primo res in acquirendo ita considerantur, vt nobis acquirantur aliquando titu.particulari, aliquando titulo vniuersali; aliquando per nos ipsos, & aliquando per alios. Rursus scire oportet ad mētem Iustiniani d. insti.de rer.diuis. in princ. res quasdā posse esse in dominio nostro, quasdā verò extra illud penitus reperiri. Iterum res, quæ in dominio nostro esse possunt, quædam acquiruntur titulo uniuersali,quædā uerò titulo particulari,unde prius conuenit uidere de acquisitione rerum titulo particulari, idq; contingit originaliter de iure gentium,& postea de iure ciuili. Per dominium autem nil aliud intelligere debemus, nisi ius plenè de re aliqua disponendi, quæ in potestate nostra esse potest, vnde vnum dicitur directum, aliud verò vtile, iuxta doctrinā Bart. in l. si quis ui.§ differentia, ff.de acquir. poss. Quamuis autem dictum sit res nobis acquiri ratione dominij, acquiruntur tamen ulterius etiam ratione possessionis, quæ in eo differt à dominio, quòd possessio denotet detentionem rei,iuxta tradita per doct. in rubr. & l. 1.ff. eod. de acqui. pos. & propterea legimus in iure possessionem, & dominium nihil habere commune l. naturaliter. §. nihil cōe, ff.eod.& ibi doct. Tertio acquiruntur res etiam ratione alicuius seruitutis,de qua varij in iure habentur tituli. Hæc autem seruitus qualis sit inde cognoscitur, si quidem illa debetur aut à persona personæ, & de ista diximus supra,aut à re rei,& dicitur præ-

dialis, siue huiusmodi prædium fuerit rusticum, siue vrbanum, de qua habetur tractatus in toto libro Digestorum octauo, aut debetur à persona rebus, de qua non habetur in iure certus locus, hinc dãtur seru: ascriptitij, aut deniq; debetur à re personæ, & dicitur usus, vsusfructus, & habitatio. De qua plures habẽtur speciales tituli, tam d. libro Insti. quàm etiã in toto septimo lib. digestorum. Quibus omnibus ita præmissis ad propositum institutum redeundo, & primo secundum dispositionem iuris gentium res nobis acquiruntur aliquando per uenationem, & aucupationem, quoad illa tamen animalia, quæ sunt fere naturæ, cum illa, quæ domestica dicuntur in dominio nostro præsuponãtur. Secũdo acquirũtur res per captiuitatẽ, quod contingit in bello, & occasione militiæ. Tertio idem accidit per inuentionem, idem per alluuionẽ, quæ dicitur latẽs incrementum. Item per materierũ confusionem, dummodo tamen illæ ad pristinã formam reduci nequeãt, item per ædificationem, & plantationem, licet dominus fundi teneatùr aliquando ad expensas insuper factas. Item per bonam fidẽ, quæ illud operatur, vt talis possessor faciat fructus suos. Item per traditionem rei à proprio domino factã, atq; denique per accessionem, prout omnes huiusmodi modi, atque alij similes distinctè explicantur ab Imperatore in toto ferè d. titulo de rerũ. diuision. Vt modo videamus qualiter eod. titulo res nobis acquirantur de iure ciuili, primo id contingit per vsucapionem, & præscriptionẽ, cum talis modus de iure gentium incognitus fuerit, idq; ea ratione factum fuit ne uidelicet dominia rerum essent incerta l. 1.ff. de usucapio. Vnde in l. 3. eod. describitur illa, quòd sit acquisitio, vel adiectio dominij per continuationem possessionis temporis à lege definiti, ad quam, ut locum habeat plura requirũtur, vt præsertim habetur in tot. titulo dd. institu. eod. Primo enim requiritur, quòd præscribens rem possideat: secundo, quòd possideat cum titulo: tertio, quòd possessio sit continuata: quarto, quòd eadem possessio non sit uitiosa: quinto, quòd possessor sit bonæ fidei: sexto & vltimo, quòd possederit per tempus à lege definitũ, quod reperitur in iure diuersum, sicut diuersus est casus de ista materia in iure consideratus. Secundo res nobis eodem iure, & titulo acquiruntur, & ad mentem Iustiniani titulus iste dicitur donationis, quæ quoad formam eius, & non aliter, erit iuris ciuilis. Triplex autem illa reperitur, vna enim dicitur inter viuos, altera causa mortis, & tertia dicitur propter nuptias, iuxta tot. ti. dd. Insti. de donatio. Diuiditur etiam & alijs modis, prout nos docent docto. varijs in locis, atque in iure diuersi habentur tituli ad eã pertinentibus. Quamuis autem alij tituli adhuc in iure reperiantur, quibus res nobis acquirantur modo particulari, quoniam tamen illi explicantur in explicatione obligationis, ideò in præsenti non conuenit de hac re aliud adnotare. Iuxta ordinem supra propositum sequitur modo, vt videamus per quas personas res nobis acquirantur. Et cum nemini sit dubium rem nobis acquiri per nosmetipsos, ideò oportet

videre

videre quomodo per alios, iste autem alius, aut est filiusfamilias, aut est seruus, aut est tertia alia persona. Si fuerit filiusfamilias, sicut in re acquisita cōsideratur vsusfructus, & proprietas, ita etiam vsusfructus dicitur acquisitus patri, proprietas verò ipsimet filio. l. cum oportet, & l. fi. C. de bo. quæ lib. §. 1. d. insti. per quas personas nobis acquiritur. Limitatur quoad peculiũ profectitium, quod acquiritur patri; quo ad peculium verò castrense, vel quasi acquiritur eidem filio. Si verò talis persona fuerit seruus, tunc pleno iure acquisitio fit domino. §. Item vobis d. insti. eod. Limitatur si dominus fuerit vsufructuarius talis serui. §. de his autem eodem. At si persona ista fuerit extranea oportet adhuc distinguere, quia si fuerit tutor, vel curator dicitur acquirere pupillo, & minori, si tamen cũ pecunia illius aliquid acquisiuerit, cum tanquam administrator prædictorum minorum ad id videatur obligatus, iuxta tot. ti. de autho. tut. cũ simil. Si verò fuerit quælibet alia persona, quæ communi vocabulo procurator nominatur secundum qualitatē mandati, quod à domino esset sibi factum, diceretur prædicta acquisitio iuxta §. pen. insti. eod. & ita per hæc intelligimus quomodo per alios aliquid nobis acquiratur.

LECTIO QVINTA.

De acquirendo rerum dominio per aliquam speciem vltimæ voluntatis.

Clarissimum est in iure res nobis acquiri aliquando per aliquem actum inter viuos consideratum: aliquando verò per aliquem alium vltimæ voluntatis, ex quo sequitur, quòd post declarationem actuũ, quibus res nobis acquiruntur titu. particulari, conuenit modo, vt videamus de acquisitione rerũ per actus vltimæ voluntatis, quæ ad tria reducitur capita; aliquando enim dicitur testamentũ; aliquando donatio causa mortis; & aliquando codicillus. Testamentum nil aliud videtur esse, nisi voluntatis nostræ, iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit cum hæredis institutione. Doct. in l. 1. ff. de testam. Quod quidem adhuc ita diuiditur, vt vnum sit priuilegiatum, aliud verò non priuilegiatum. Priuilegiatũ iterum vnum dicatur pium, aliud verò militare, vtrumq; enim eiusdem dicitur esse iuris, quia in vtroq; nulla solemnitas requiritur. De testamēto pio potest adnotari tex. & ibi doct. in l. hac consultissima. §. ex imperfecto, & ibi authen. C. de testamen. & copiosè pertractat Tiraq. in suo tract. de priuil. piæ cau. De militari verò est totus titulus insti. C. & Digestorum de milita. testa. Testamentum verò non priuile-

giatum rursus ita diuiditur, vt vnū dicatur in scriptis, quia certa iuris solénitas ad id est necessaria, de quo est tex. in d.l.hac consultissima, ac etiam in l.iubemus.C.eodem & tot.ti.insti. eod.vsq; ad §.fin. Aliud verò dicitur sine scriptis, quia nullam iuris requirit solemnitatem, de quo est tex. in d.§. fin. Licet autem vnicuiq; maiori 14 annis regulariter sit permissum testamentum condere; hæc tamen regula in multis casibus limitatur, vt videri potest in tot. tit.C.& Instit. qui testamen.facere poss. Testamenti autem partes quædam sunt substãtiales quædam verò accidentales. Substantiales dicuntur hæredis institutio, & substitutio, quia testator per eas ordinat sibi successoré,iuxta l.hæreditas.ff. de reg. iu & propterea hæres, cum cẽseatur eadem persona cum defuncto,authen. de iureiur.à morien. præsti. ideò propriá authoritate potest hæreditatem adire,& bonorum illius possessionem accipere. Hæc autem hæredis institutio alia dicitur prima, & alia secunda, quæ substitutio directa communi vocabulo nominatur. Et ratio est, quia si primo institutus non vult,vel nō potest hæreditatem adire, admittitur secundus. Et propterea dicunt doctores, quòd ista substitutio dicitur secunda institutio,quæ adhuc ita subdiuiditur, vt alia dicatur vulgaris, quia sicut vnicuiq; permissum est hæredem instituere, nisi specialiter prohibeatur, vt supra diximus,ita etiam eidem permissum legimus substituere; idq; factum fuit ea ratione, vt vnusquisq; faciliùs possit sibi prouidere de successore. Altera verò dicitur substitutio pupillaris, quia fit à patre filio, etiam de bonis illius, existenti tamen in pupillari ætate. Vnde cum patri oporteat sibi prius testamentum facere,& successiuè eius filiofamilias pupillo,ideò vnica scriptura dicitur continere duo testamenta,videlicet patris,& filij.Quæ substitutio dicitur euanescere adueniente filij pubertate. Altera verò dicitur substitutio exemplaris ad similitudinem pupillaris introducta, quia sicut pater facit testamentum pro filio constituto in ætate pupillari, in qua prohibetur testamentum condere; ita etiam substitutio exemplaris fit à patre filio existente in furore, cum in tali casu testamentum condere nequeat. Rursus sicut substitutio pupillaris cessat cessante prædicta ætate, ita etiam exemplaris dicitur cessare cessante furore. De institutione est adnotandus totus titulus dd.institu.ff.& C.de hæred.insti. De vulgari verò est tit.earundem insti. de vulgar. De pupillari denique,& exemplari est tit. dd. insti.& ff. de pupill. & doct. varijs in locis in eorum solemnibus repetitionibus; quæ quidem substitutiones aliquando à testatore coniunguntur, & copulantur, tam ad inuicem,quàm etiam cum substitutione fideicõmissaria,de qua infra dicemus; & propterea dantur adhuc aliæ earum species, videlicet substitutio breuiloqua,& substitutio compendiosa, idque contingit ob libertatem testatoris in disponẽdo de rebus suis, cum eius uoluntas testamentis legem imponat.§.disponat,auth.de nupt. Illud tamen habent commune,quòd hæreditas potest per testatorem diuidi in instituendo,uel substituendo in plures

partes

partes ad libitum eius licet in 12. uncias dimidatur. §. hæreditas d. tit. instit. de hæred. instit. Hæres autem quilibet institui, & substitui potest ad beneplacitum eiusdem testatoris; Atque non solum purè, sed ẽt sub conditione, & vt doctores declarant, ad certum tempus. §. hæres d. instit. de hæred. instit. cum ibi adnot. Hactenus compendiosè uidimus de partibus substãtialibus ipsius testamenti, conuenit modo ut breuiter aliquid adnotemus de accidentalibus, quæ uel respiciũt personas, seu res ipsas. De personis non oportet hìc aliud adnotare, cum supra suo loco sit adnotatum quid regulariter erat tenendum quando loquuti fuimus de tutela. Quoad res uerò, partes istæ accidentales dicuntur legata, & fideicommissa, quæ hodie inter se in omnibus, & per omnia sunt adæquata. l. 1. & 2. C. communia de lega. & doct. super l. 1. ff. de lega. primo: & propterea ab ambobus uerificatur definitio legati, quòd sit donatio quædã a defuncto relicta ab hærede præstanda. §. 1. d. insti. de lega. Hinc adnotari debet, quòd legata, & fideicommissa præsupponunt hæreditatem esse aditam, & propterea ab hærede illa esse præstanda. Quamuis autem prædicta adæquatio sit omnino regulariter uera, in multis tamen legata, & fideicõmissa inter se maximè differunt, siquidem legata habẽt locum in rebus singularibus iuxta tot. tit. dd. instit. de lega. fideicommissa verò verificatur in vniuersa hæreditate, iuxta tot. titu. dd. instit. de fideicom. Hinc est, quòd non nulli doct. dicunt in d. l. 1. ff. de leg. 1. quòd legata particularia sũt adæquata fideicommissis particularibus fideicõmissa uerò uniuersalia sunt adæquata legatis uniuersalibus, quæ quidẽ doctrina videtur utiq; vera in accidẽtalibus, secùs uerò in substantialibus cũ conueniant in prædicta definitione, ut supra diximus. Secũdo conueniũt legata, & fideicommissa inter se, quia cum hæres aliquando sit grauatus restituere totam hæreditatem, uel illam dispensare per diuersa legata, tunc beneficio iuris potest portionem unam detrahere, & penes se retinere, quæ quarta communi uocabulo nominatur. Differunt autem, quia si hæc quarta de legatis particularibus erit detrahenda, dicitur falcidia iuxta tot. tit. Digestorũ. C. & insti. ad l. Falcidiam. si uerò illa detrahi debeat de fideicõmissis uniuersalibus dicitur Trebellianica, iuxta similiter tot. tit. ff. C. & in sti. ad Senatuscon. Trebell. De quibus quidem quartis copiosè pertractant doct. in l. in quartam. ff. eod. ad l. Falcid. & ità compendiosè intelligimus quid iuris de prædictis partibus accidentalibus, & successiuè de testamentis. Nunc de alijs speciebus vltimæ voluntatis aliquid adnotando, prius de donatione causa mortis oportet illud in primis obseruare, quòd hæc donatio vno respectu dicitur contractus, & sic de ea aliquid supra diximus; alia verò ratione dicitur vltima voluntas, cum illa confirmetur morte. Qua de re cum aliquid aliud non occurrat animaduersione dignum, ea presertim ratione, quia ex supradictis cognosci potest qualiter donator potest disponere de reb⁹ suis per huiusmodi donationẽ quẽadmodũ p testamentum

mentũ, ideò ad illas, quæ diximus supra, me remittẽdo. Vltimo aliquid de Codicillis breuiter erit adnotãdum. Codicillus igitur nil aliud est nisi quidam iuris ciuilis actus, quo quis grauat suum hæredem ad aliquid præstãdum alicui, vel ad suam hæreditatem alteri restituendã. Hinc est, quòd in iure cauetur per codicillos hæreditatem directè alicui nec relinqui, nec adimi posse. §. codicil. insti. de codic. l. 2. C. eo. Hinc est ẽt, quòd qñ quis dixit in fine sui testamenti illud valere iure codicillorum, si iure testamenti non teneat, illud operatur, quòd hæres illius defuncti debeat dictam hæreditatem restituere, & ita per hæc omnia intelligimus compendiosè tamen quomodo res nobis acquirantur aliqua vltima voluntate, &c.

LECTIO SEXTA.

De acquirendo rerum dominio per aliquam successionem ab intestato, vel contra testamentum &c.

Licet vulgaris in iure reperiatur cõclusio, quòd vbi cessat testamẽtum, seu vltima volũtas, ibi admittatur succesio ab intestato, quoniam tamen datur successio etiam alijs modis, ideò vt de singulis breuiter aliquid videamus, primo scire oportet talem succcesionem in iure considerari aliquando de iure ciuili communi; aliquando verò de iure prætorio. De iure ciuili licet adhuc diuersimodè consideretur, sicut istud ius diuersum reperitur, vt supra diximus, cum aliud sit Digestorum, aliud Codicis, aliud denique Authenticorum, in præsenti tamen satis erit talem succesionem cõsiderari de iure nouo, & nouissimo, & sic de iure C. & Authenticorum, atque vlterius de iure municipali cuiuslibet particularis Ciuitatis, quoad ius cõmune attinet succesio ab intestato vna reperitur, quæ est descendentium: altera est ascendentium: tertia denique collateralium. §. 1. in authen. de hæredit. quæ ab intesta. Hinc est quòd si quis decedat relictis filijs, & descendentibus eius hæreditas ad eos spectat, gradatim tamen secundum proximitatem eorum, & sic primo admittuntur filij, quibus deficientibus, nepotes, & ita de reliquis. Et si decesserit nullis relictis descendentibus, sed cum ascendentibus, tunc prædicta eius hæreditas ad eos spectat secundum gradus prærogatiuam, sicuti de descendentibus diximus. At si ille talis decessisset nullis relictis descendentibus, vel ascendentibus, tunc collaterales ad prædictam hæreditatem admitterentur, iuxta tot. tit. in authe. de hæredi:

redi.quæ ab intesta. Qui quidem collaterales, cum plures sæpè reperiantur ita, quod quidã sint in gradu proximiores, clarũ est iuris illos, in primis admitti, qui in proximiori reperiuntur gradu. §. si plures d. insti. de legi. agnato. success. & si plures in eodem gradu fuerunt, pro rata sua quilibet erit admittendus, nulla habita consideratione an sint masculi, vel fœminæ, cum hodie fœminæ masculis sint adæquatæ. l. maximum vitium. C. de libe. præteri. Qui quidem collaterales cum aliquando concurrant cum descendentibus, & ascendentibus à descendentibus omnino excluduntur quoad ascendentes verò attinet admittuntur vnà cum eis, si tamen nati fuerint ex vtroque parente, vt in d. authen. habetur, & si casu contingat aliquem decedere nullis relictis descendentibus, ascendentibus, & collateralibus, in tali casu ad illius hæreditatem admitteretur Princeps, Fiscus, vel Ciuitas, iuxta tot. titu. de bon. vacant. lib. 10. C. At si prædicta successio esset consideranda de iure municipali, tunc iuxta statuta totius ferè Italiæ talis regula esset in primis adnotanda, quòd fœminæ excludantur a tali successione propter masculos, vt copiosè explicat Brun. in suo tract. de successione fœmin. stan. masculi. per totum. Quæ quidem fœminarum exclusio, aliquando est simplex, & tunc fœmina semel exclusa, semper intelligitur exclusa: aliquando verò est ad tempus, idest durante linea masculina, qua deficiente reintegrantur, vt etiã adnotant, & docent doct. & præcipuè Barto. in l. fi. ff. ad Senatuscons. Tertulli. Quæ quidem fœminarum exclusio tunc habet locum, qñ videlicet fœmina esset dotata congruéter & legitimè, secus aliter, vt docet Brun. loc. cita. Vtraque autem successio idest iuris communis, & municipalis, illud habet commune, quòd illi qui ad eam admittuntur aliquando succedant per capita, & aliquando in stirpem, & sic iure representationis iuxta authen. vt fratr. fil. per tot. Ad quas quidem successiones reducitur etiam illa, quæ competit matri vigore Senatuscõsul. Tertulliani, & filio vigore Senatuscons. Orficiani, de quibus in d. lib. insti. & Digestorum, & C. proprij habẽtur tituli. Nec oportet in præsenti adnotare quid iuris de successione agnatorum, & cognatorum, si quidem illa tantum de iure statutorum consideratur, & admittĩt, ita videlicet, ut sẽper admittantur agnati, quibus postea deficientibus reducitur successio ad termino iuris communis, iuxta d. l. maximum vitium, & successiuè sunt obseruanda, quæ supra adnotauimus. Ex quibus omnibus cũ intelligamus etiam (ni fallor) quid iuris de successione libertorum, de qua pertractatur in proprio titulo dd. institu. ideò non oportet aliquid aliud animaduertere: & propterea vlterius procedendo reperitur in iure alius succedendi modus, qui per viam arrogationis dicitur iuxta tot. tit. dd. institu. de acquisi. per arroga. si quidem si quis arrogat, seu adoptat aliquem in filium non solũ persona eius, sed etiam eiusdem hæreditas transit in potestatẽ arrogãtis, & adoptantis, vt in d. titu. deciditur

ditur. Vltimo reperitur adhuc alia succesſio, quæ dicitur libertatis causa tuēdæ, de qua eſt titulo dd. inſti. de eo, cui libertatis causa, & in l fi. C. de teſtamētaria manumiſsione, quæ quidem iuris ſucceſsio, cum non ſit admodum in vſu in noſtris regionibus, ideò non oportet aliud adnotare, & ita per hæc habemus ſummam ſucceſsionum ab inteſtato, tā de iure ciuili communi, quàm etiam de iure municipali. Nunc iuxta ordinē propoſitum conuenit, vt aliquid videamus de eadem ſucceſsione ſecūdum diſpoſitionem iuris prætorij. Qua de re præmittere debemus, quòd ius ciuile in hac parte indigebat aliqua correctione, ſiquidem, ſi exempli gratia filius fuiſſet à patre emancipatus, tunc etiam ab illius hæreditate erat excluſus, quod cū fuiſſet contra oēm iuris, & æquitatis rationem, ideò ius ciuile fuit per ius prætoriū correctum §. emancipati autem d. inſti. de hæred. quæ ab inteſta. & propterea Prætores ſimili occaſione moti eorum promulgauerunt edicta, partim ius ciuile approbando, partim corrigendo, & partim ſupplendò, ſecundm qualitatem ſubiectæ materiæ, vt dicebat Iuriſcōſ. in l. ius autem ciuile. §. ius prætoriū. ff. de iuſti. & iur. Quæ quidem edicta in iure habentur in diuerſis locis, ſed quoad rem noſtram attinet eſt notandus titulus inſt. & Digeſtorum de bon. poſſ. quæ, licet deſcribatur in l. 3. §. 1. ff. eo. quod ſit ius perſequendi, retinendique patrimonij, ſiue rei, quæ cuiuſque cum moritur fuit, non propterea Prætor dicitur facere hæredes. §. quos autem d. inſtit. eod. & ideò in hoc quantum facit ad rem propoſitam differt ius prætorium à iure ciuili, de quo vlterius vidēdi ſunt doctores, ſuper tot. titu. C. qui admitti. Et quoad ſucceſsionem attinet prætor decem cōſtituit bonorum poſſeſsiones, quarum duæ reſpiciunt teſtamentum, & dicuntur ſecundum tabulas. octo verò extra illud reperiuntur, & diuerſis nominibus nominantur, quæ compendioſe habentur in §. ſunt autem d. inſtit. eod. & cùm ipſa ſucceſſio de iure prætorio introducta per modum compēdij clarè habeatur in d. tit. inſti. de bon. poſſ. ideò iuxta inſtitutum noſtrum ſit ſatis de ea tantum id adnotaſſe. Nunc ad vltimam ſucceſsionem deſcendendo, quam ſupra diximus eſſe contra teſtamētum, debemus in primis de ea illud obſeruare, quòd admittitur aliquando quis ad hæreditatem contra teſtamentum tam de iure ciuili, quàm etiam de iure prætorio, idque contingit quādo quis erat neceſſariò in teſtamēto inſtituendus. & nihilominus reperitur præteritus, vel exhæredatus, prout contingit in filijs iuxta tex. in §. aliud quoque capitulum in authe. vt cum de appell. cognos. & propterea eis præſertim eſt permiſſum, vt poſsint aliquando ad hæreditatem patris, vel matris admitti contra teſtamēta eorum, in quibus ſine cauſa eſſent excluſi, & ad hoc facit tot. titulus. ff. & C. de bon. poſſ. con. tab. & de inoffic. teſta. De filijs verò eſt præcipuè adnotandus tex. in l. omnimodo. C. eod. de inoffic. & in d. §. aliud quoque capitulū. Ad hæc omnia, vt ſupra de ſucceſſionibus adnotata illud eſt omnino addendum,

addendū, quòd per modos ut supra relatos, nobis acquiritur aliquando dominium, aliquando possessio, & aliquando vtrunq; . De possessione autem illud est omnino adnotandum, quòd triplex illa reperitur, videlicet respectu acquisitionis, respectu retentionis, & respectu recuperationis. Item, quatenus vna dicitur naturalis tantum, ciuilis tantū, & mixta inter ciuilem, & naturalem, de quibus omnibus videndus est tot. titu. dd. instit. de interdict. & Doct. præsertim in rubr. in l. 1. & in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. & ita per hæc intelligimus quid iuris de acquisitione rerum, nunc iuxta ea, quæ supra proposuimus esset necessarium aliquid adnotare de conseruatione earundem, ideo ne intacta illa relinquatur satis erit illud animaduertere, quòd tunc ea conseruentur, si videlicet non alienentur, & casu quo aliquid de dictis bonis amittatur, illud per debitum iuris remedium recuperetur, argumento totius tituli. ff. & C. de rei vendica. cum similib. De quibus quidem remedjis quoniam infra in lect. de actionibus sumus dicturi, ideo deueniendo modo ad vltimū actū, de quo in l. fi. ff. de leg. & sic admodū amittēdi, & alienādi bona prædicta est breuiter animaduertendū, quod prædicta bona amittuntur aliquando eisdem modis, quibus acquiruntur, & quoniam de eis clarè constat per supra adnotata, ideò dicimus vlterius, quòd amittuntur; Secundo loco ēt per viam cōfiscationis bonorum, idq; contingit quando delicta committuntur iuxta tot. titu. de bon. proscri. in C. & de bon. damnat. in ff. Vltimo amittuntur per aliquem contractum, de quo cum infra in lectione de obligatione sumus dicturi, ideò non oportet hic aliud adnotare. Et ita per hæc omnia habemus compendium de modis, quibus res nobis acquirantur, conseruentur, & amittantur &c.

LECTIO SEPTIMA.

De obligationibus ex contractu, vel quasi.

DIximus supra ius nostrū ciuile versari circa personas, res, & actiones, & cum in præcedentibus sit adnotata summa eorum, quæ pertinent ad personas, & ad res, suo iure esset nunc necessarium aliquid adnotare de actionibus. Verū quia actio præsupponit obligationem, ideo iuxta ordinem a Iustiniano in sua Institutione obseruatum, atque iuxta methodum doctrinæ conuenit prius pertractare de obligatione, tanquā de cā ipsius actionis, cum ab illa oriatur. Obligatio. Igitur nihil aliud est nisi iuris vinculum, quo necessitate astringimur alicuius soluendæ rei secundum nostræ ciuitatis iu

ta d.insti.de obliga.in prin. Quæ quidem obligatio sicut diuersimodè considératur,ita etiam eodem pacto diuiditur.Hinc est quòd vno, & primo respectu obligationum quædam dicuntur ciuiles, quædam verò prætoriæ, quia a iure ciuili vel prætorio sunt inuentæ vel reformatæ. §. omnium autem,eod.Secundo obligationum quædam sunt naturales, quædam ciuiles, quædam deniq; mixtæ.glo. & doƈto. in explicatione d.definitionis. Tertio obligationum quædam sunt reales, quædam verò personales, quæ clárius apparebunt in explicatione actionũ. Quarto obligationum quædam sunt puræ,& simplices,aliæ conditionales, aliæ tempore adiecto. §.omnis stipulatio d.instit.de verb.obliga. & ibi doct. Quinto obligatio alia dicitur principalis,alia verò accessoria l.1.ff. de fideiuss.&.§.1.ac in princ.d.instit. eod. Deniq; obligatio alia oritur ex dispositione iuris, quia eo cessante homo non esset obligatus. l. 1. & ibi glo.ff.de actio.& obliga.alia verò facto hominis, & hæc rursus oritur aut ex contractu, aut ex quasi contractu, aut ex maleficio,aut ex quasi maleficio.§. penult. d.tit.de obliga. Iterum obligatio ex contractu ita subdiuiditur, vt quædam dicatur acquisita re, quædam verbis,quædam litteris, quædam deniq; consensu.§ fi.eod.de obliga.Nec obstat,quòd in quolibet contractu,& obligatione consensus essentialiter requiratur,& reperiatur l. 1.§. 3.ff.de pact. Quia ad hoc respondetur quòd ciuile diuersimodè reperiatur,ideò fuit ab Imperatore in d.§.fin. & a Iure consulto in d. l. 1. de actio. adnotatũ obligationem oriri ex varijs causarum figuris, vnde vt de singulis breuiter aliquid videamus, primo de obligationibus, quæ ex contractu oriũtur.Est adnotandum si illa a re causetur id contingit aliquãdo titulo mutui,aliquando solutione indebiti, aliquando titulo commodati, aliquando titulo depositi, & aliquando titulo pignoris, dicta institut. quibus mod. re contr. obligatio. per totum. Et ratio est, quia contrahentes non habuerunt intentionem se respectiuè obligandi,& propterea obligatio re dicitur contracta. In mutuo.n.quòd consistit in rebus,quæ numero pondere, & mensura constant, intentio contrahentium fuit mutuãdo rem gratam facere. Hinc est quòd recipere aliquid vltra sortem, ideò est vsuram committere, quia talis datio, & acceptio est contra naturam illius contractus, & prædictarum rerum, quæ vsu consumuntur. In solutione verò indebiti intentio soluentis, & fortasse etiam recipientis fuit obligationem tollere, & nihilominus inde illa oritur, vt cæteris omissis docet etiam Barto.in l.1.ff.de solut. indebi. At per commodatum illud idem contingit,cum ipse commodans intendat rem gratam facere, & propterea debet esse gratuitũ, vt dicit tex. in. §. Item is d. instit. eod. Hinc est, quòd commodatum consistit in illis rebus, in quibus vsus distinguitur a dominio. De deposito.idem, quòd supra, & multo magis est dicendum quia ille qui deponit intendit rem custodire, & propterea depositum atur ad custodiam.§.præterea,eod.

Pignus

Pignus deniq; ea ratione datur,& recipitur, vt creditor illius beneficio fit magis, tutus, & cautus, & nihilominus ex eo oritur obligatio, ficut ex supra dictis.§.fi.eod De quibus quidem omnibus cum speciales tituli habeantur in .ff. & C. ideò prædicta omnia sunt omnino adnotanda cum contineant summam multorum titulor. Et ita per hæc intelligimus quo modo obligatio re contrahatur. Secundo q̄m illa adhuc contrahitur verbis, & propterea dicitur verborū obligatio, ac etiam stipulatio, quæ describitur à I.C.in l.5.§.stipul.ff. de verb. obliga. quod fit verborū cōceptio, quibus is, qui interrogatur,daturū, facturūue se, quod interrogatus est, respondet, de qua apud doct.multa habentur super diuersis.ll.eiusdē tituli repetitiones, præcipue tñ sunt videndi super rubr. eiusdē. Tertio cōtrahitur obligatio literis, quia absentes scribēdo,& rescribēdo ad inuicē iuxta voluntatem eorum se obligant toto titulo dd. instit. de litterarum oblig. Quarto,& vltimo contrahitur obligatio consensu.d. insti de oblig.ex consensu per tot.Idq; ea ratione contingit,quia nisi consensus fuerit vndiq; clarus, & expressus obligatio non dicitur contracta. Hinc intelligimus primo obligationem emptionis, & venditionis:in qua tria essentialiter requiruntur, videlicet res, precium,& consensus.§.1.&.2. d.in sti.de empt. & vendi. Et propterea si vnum deficiat de prædictis talis obligatio non dicitur contracta licet autem precium debeat esse iustum iuxta tradita per docto. in l.2. C. de rescind.vendi. Id tamen non pertinet ad contractum,sed ad virtutem iustitiæ,ad quam ille reducitur, & propterea si insuper adhibeatur aliquod pactum iuxta tradita per docto. in l.curabit. de actio.empt. & in l.1. C. de pact.inter empto.&c.tunc erit omnino obseruandum, quando videlicet fuerit cōforme prędictæ virtuti. Hinc nota cont actum emptionis aliquando esse nullum,& aliquando validum. Et sic aliquando vlterius iustum,& aliquando iniustum. Hæc omnia sunt omnino obseruanda cum habeant locum, respectiue tamen in omnibus alijs contractibus, qui ad iustitiam reducuntur. Hinc intelligimus secundo qualis sit contractus locationis,& conductionis,qui solum in eo differt a venditione, quod locator retinet dominium, & possessionē, & solum transfert in conductorem vsum rei, at in reliquis conuenit cum prædicto contractu iuxta tot.tit.dd.insti.de loca.& conduct. Per quæ quidem omnia habemus,ni fallor, summam multorum titulorum vtriusq; iuris pertinentium ad rem propositam. Et cum cōtractus emphiteuticus videatur cōstruere locationis, & emptionis, quāuis propriā naturam habeat, cum per eum retineatur directum dominium, & transferatur vtile iuxta.§. adeò autem d.insti.de loca.& tot.titu. C. de iur emphite.Ideò per ea quæ supra diximus.de emptione, & locatione intelligimus etiam id,quod compēdiosè de tali contractu adnotari posset. Reperiuntur adhuc aliæ obligationes quæ similiter consensu contrahuntur, vt est societas,& mandatum,ideò vltra prædicta non est ignorandum, so-

cietatem diuersimodè celebraræ, & propterea vna dicitur omnium bonorum, altera verò quorundam, & est maxima differentia inter vnam,& alteram, cum aliud sit communicare omnia,vel certa bona. l. 1.ff.pro soc. Cognoscuntur autem aliquando expressa voluntate contrahentium, aliquando verò debitis coniecturis, atq; omisſis consultoribus videndus est tex.& ibi doct.in l.si fratres.§.socium vniuersa.ff.eod. Mandatum verò, cum dependeat a voluntate mandantis, ideò certa regula dari nequit ad illius cognitionem, & propterea adnotari presertim debet tex.in l.2. ff.eod.manda. Duplex tamen illud dicitur esse, videlicet generale, & speciale, siquidem ille, qui mandat non dicitur mãdare quædam negocia,quæ speciale mandatũ requiruntur.§.1. & ibi Angel.omnino uidendus. d.instit. de his,per quos agere possumus.Quę quidem omnes obligationes, licet cõtrahantur, & oriantur ex contractu, vt vidimus, id tamen contingit aliquando per nosmetipsos, & aliquando per alios, qui vel sunt in potestate nostra.vel habent mandatum a nobis. De quibus cum supra suis locis sit adnotatum quod faciebat ad institutum propositum, ideò de eis in præsenti non conuenit aliud animaduertere. Vnde descendendo nunc ad obligationes,quæ ex quasi cõtractu oriũtur, debemus in primis adnotare, quòd ille videtur obligatus ex quasi contractæ qui aliquid faciendo non intendebat se obligare, & cum nihilominus remaneat obligatus, ideò uidetur obligatus ex quasi contractu,atq; sub tali respectu obligatio,quæ re contrahitur, videtur, aliqua tamen ratione contracta,etiam ex quasi contractu. Hinc est quod Iustinianus in titulo insti.de oblig.quæ ex qua.contr.docet quòd ex administratione negotiorũ alicuius absentis,itẽ tutelæ. Item habendo rem communem cum aliquo, Item adeundo hæreditatem alicuius defuncti,& denique soluendo indebitum, dicitur quis obligatus non ex contractu, sed ex quasi contractu: licet autem ipse asſignet hanc rationẽ, quòd ille nõ sit obligatus ex contractu nõ ex maleficio,nõ ex quasi maleficio,sequitur de necesſitate esse obligatum ex quasi contractu. Quæ quidẽ ratio licet sit probabilis, magis tñ placet,vt dicamus,quòd qui gerit negocia absentis, qui tutelã administrat, qui rem commumem recipit, qui hæreditatem accipit,& qui denique indebitum soluit sine dubio aliquo modo contrahit, tamen principalis intẽtio non fuit se obligare; & propterea non potest iste dici obligatus ex contractu, sed potius ex quasi contractu, cum vnum de prædictis faciendo videatur quasi contrahere. Hinc nota, quod titulus iste de obligationibus ex quasi contractu quantum ad modum causandi obligationem non multum differt a titulo quibus mo. re contra. obligat. si quidem omnes obligationes, de quibus fit mentio in his duobus titulis, vno respectu dicuntur obligationes ex contractu, & re contractæ, & causatæ: alio verò respectu,atque ratione dicuntur obligationes ex quasi contractu.Et ita per hęc intelligimus sum

mam omnium obligationum, tam in communi, quam etiam earum quæ ex contractu, & ex quasi contractu oriuntur.

LECTIO OCTAVA.

De obligationibus ex delicto, vel quasi.

Ex supradictis inferendū ac præmittendum esse existimo obligationem causari ex delicto, vel quasi, si quidem delinquens, vel delinquendo, vel quasi dicitur damnum inferre, & propterea merito quidem debet iudicari obligatus ad illud resarciendum. Vnde, vt de hoc aliquid adnotemus, sciendum est delictorum quædam esse publica, quædam verò priuata iuxta tot. tit. ff. de priuat. delict. & de publi. iudi. Et cum de publicis delictis infra in propria lectione simus dicturi, ideò in præsenti de priuatis, & ratione interesse priuati aliquid erit animaduertendum iuxta §. finale d. insti. de iusti. & iur. Ad quorum cognitionem vlterius est præmittendum, quod delinquens delinquendo vel quasi potest proximum damnificare, aliquando per se met ipsum, & aliquando per alium. Item aliquando in bonis fortunæ, aliquando in bonis corporis, & aliquando in bonis animi, Vnde, vt de singulis aliquid videamus, & primo de delictis est adnotandū, quod si per se ipsum delinquat, Et primo circa bona fortunæ, aliquando id contingit per delictum furti; aliquando uero per vim bonorum raptorum, & aliquando per modum innominatum. Furtum nil aliud dicitur esse, nisi contrectatio rei alienæ fraudolosa lucri faciendi gratia ipsius rei, vel vsus, seu possessionis eiusdem, quod lege naturali prohibitum est admittere, §. 1. d. insti. de oblig. ex delict. l. 1. ff. de furt. Quod quidem sicut diuersimodè consideratur, ita etiam diuersimodè diuiditur. Hinc est, quòd aliud dicitur occultum, aliud vero manifestum, aliud est cum intentione præcedente, aliud verò sine animo furandi committitur. Item aliud respicit dominum, aliud verò possessorem rei, cuius interest rem non esse furto sublatam. rursus aliud dicitur commissum a personis de familia, aliud verò a personis extraneis. Qua de re sicut diuersas admittit qualitates, ita etiam diuersos producit effectus, vt plenè videri potest in tot. lib. 47. digestorum per plures titulos, & in tot. tit. dd. inst. de oblig. ex delict. Hinc intelligimus, quod committere vsuram est species delicti. Item vti re commodata ad alium finem inuito domino similiter furtum committitur. l. pen. ff. commodati cum simil. & sic intelligimus quomodo per furtum contrahatur obligatio. At per vim bonorum raptorum obligatio ita contrahitur,

tur,quod aliquando quis damnificatur cum uiolentia, & propterea vis bono rum raptorum vno respectu differt a furto,alio verò conuenit cum eo iuxta tot.titu. dd.instit. de urbon. rapt. Conuenit primo quia in vtroque casu res contrectatur inuito domino, differūt verò,quia furtum est sine violentia. Hinc nota obligationem ex vi prædicta ortam esse maioris efficaciæ,quam sit illa, quæ oritur ex furto. Tertio sequitur modus delinquendi in nominatus,qui explicatur in tot. titu. dd.insti.ff. & C.ad l. Aquil. Hinc est quod si aliquis artifex puta Medicus commiserit aliquid mali in damnum alterius tenetur iuxta dispositionem legis prædictæ, & ita per hæc omnia intelligimus quomodo aliquis obligetur delinquendo circa bona fortunæ. Circa aūt bona corporis tunc diceretur aliquis delinquere, & successiuè obligari quando offenderet proximum in proprio corpore mutilando illud,vel aliter offendendo, seu occidendo, & ad hoc facit tot.titu. ff.ad l.Corneliam de Sicarijs, & ad.l.Pompeiam de parricid. Quoad bona denique animi tunc aliquis delinquendo obligatur,quādo videlicet proximum aliquo modo iniuriare:iuxta tot.titu. dd.insti.digesto. & C.de iniurijs.Idq; contingit aliquando litteris l.1.C. de famos.libell. Aliquando verò factis, vel verbis l.1. ff.de iniur. Inferre.n. iniuriam sine dubio est offendere personam in eius honore, & virtutibus, & sic in bonis ipsius animi. Hactenus vidimus de delictis, quæ ab aliquo committūtur per se ipsum. Nūc, vt aliquid videamus de eisdem quatenus per alium perpetrantur, est propterea animaduertendum, quod ille alius aliquando est persona familiaris,vt est seruus,filius,& aliquis minister: aliquando verò est aliquid inanimatum primo modo ex eo quis dicitur obligatus,quia debebat diligentiā adhibere ne talis persona delinquat, vt cōtingit in nautis, & cauponibus, & stabularijs iuxta l.1. & per totum ff.nau.caup.stab.&c. At secundo modo ob eandem rationem idem est dicendum cum aliquando animal brutum dicatur aliquem offendere ob negligentiam domini.§.impetu quoque mularum d.insti.ad l. Aquil. & tot.tit. d.inst. & digestorum,si quadru.paup. fec. & ita per hæc omnia intelligimus qualiter quis obligetur delinquendo Quibus absolutis conuenit modo, vt breuiter videamus qualiter quis obligetur quasi delinquendo. Id autem contingit quando videlicet quis facit aliquid,quod sapit delictum, non tamen hēt intentionem delinquendi, ex quo quidem facto, cum proximus sæpe lædatur, oportet illud asserere, quod ille ad huiusmodi damnum remaneat obligatus, cuius culpa talis læsio illata fuit. Et cum ille talis non possit dici obligatus ex contractu, vel quasi, neq; ex delicto sequitur de iure,vt dicit Imperatore d.institu. de obligati quæ ex quasi delict.in princ. quod sit obligatus ex quasi delicto, hinc est, quod si ex domo alicuius, vel ex cænaculo in viam aliquid proiciatur, & transeuntes inde offendantur,& lædantur,sine controuersia dominus illius loci erit obligatus ad huiusmodi damnum ex quasi delicto, vt

dicit

dicit Imperator in §. 1. &. 2. dicta institu. eod. Nec obstat in hac parte si quis dicat dominum esse obligatum ob factum proprium, & sic non ex quasi delicto, quia ad hoc respõdetur, quòd ratione qua dominus debebat adhibere omnimodam diligentiam, & eam non adhibuit, videtur obligatus facto proprio, & sub isto respectu diximus supra dominũ obligari facto alicuius animalis bruti, at si consideretur factum vel alicuius animalis, vel alicuius familiaris secundum propriam eius naturam, & circumscripta negligentia ipsius domini, in tali casu dominus ille, diceretur obligatus ex quasi delicto, ex quo eius animal, vel familiaris commisit aliquid mali in damnũ alterius. Hinc puto inferendum, quòd factum criminosum potest de iure considerari dupliciter, primo vt est criminosum, Secundo vt est quoddam factum simpliciter, primo modo illud cognosci posset in iudicio criminaliter, at secũdo modo ciuiliter. §. in summa. d. insti. de iniur. Et cum per hæc omnia intelligamus multa, quæ in corpore iuris sapiũt aliquãdo delictũ aliquãdo verò quasi delictũ, ideò iuxta institutũ nostrum non videtur necessarium vlterius procedere, cũ inde habeamus summam satis ni fallor claram de obligationibus ex delicto, vel quasi.

LECTIO NONA.

De modis, quibus obligationes tollantur.

QVamuis contrariorũ eadem sit disciplina, & propterea per ea, quæ hactenus dicta sunt de obligationibus, cognosci posset quibus modis illæ tollantur, quoniam tamẽ etiã alijs, & diuersis modis extinguuntur, ideò specialiter de proposita materia aliquid esse adnotandum duxi. Obligatio igitur aut præsupponitur nulla, & nulliter contracta, aut valida. Primo modo quo pacto id contingat explicatur in toto titulo dd. instit. de inuti. stipul. Aliquando. n. id accidit rõne materiæ cũ illa in potestate nostra esse nequeat: aliquando verò ratione conditionis personarum contrahentium, cum non omnes indifferenter se obligare valeant, vt est mutus, furiosus, pupillus, & similes, neq; omnibus obligationes indifferenter acquiruntur, & propterea datur illa vulgaris regula: quòd alteri per alterum stipulari nemo potest. §. si quis alij. & . §. alteri eod. aliquando uero idem accidit ratione formæ, siquidem cum quibus contractus, & obligatio propriam habeat formam in contrahendo, nisi illa obseruata fuerit obligatio erit nulla, atq; alijs etiam modis, vt in d. titulo habetur. Et cũ in dubio quælibet obligatio tentul. quoties. ff. de reb. dub. & l. quoties. ff. de verb.

verb. oblig. ideò requiritur iudicis declaratio, qua demonstrari valeat nullitas prædicta, nisi tamen idē esset notorium. At si obligationes tenerent, & essent validæ, in tali casu, quamuis Iustinianus in d. institu. quibus modis tollantur obli. doceat multa, quibus illæ deleantur, quoniam tamē id etiam alijs modis succedit, ideò altius hanc rem repetendo dicimus, quòd sicut obligationes contrahuntur secundum omnes debitas circunstantias, cum actio moralis constet ex illis, vt clarius habetur in iure canonico, & probat tex. in l. respiciendum, & in l. aut facta ff. de pæn. ideò secundum eas debemus adnotare modos, quibus prædictæ obligationes tolluntur. Qua de re primo considerando circunstanciam Quis, debemus successiuè considerare personam creditoris, & debitoris, qui aliquando conueniunt ad tollendam obligationem per viam nouationis, & propterea tali modo obligatio tollitur. §. 2. d. titulo quibus mo. obli. toll. l. fi. omnino videnda C. eo. Aliquando verò inter se conueniunt per viā solutionis, & successiuè obligatio tollitur per solutionem debiti d. institu. eod. in princ. Tertio conueniunt inter se per viam acceptilationis, quæ est imaginaria quædam solutio. §. 1. eod. & ff. de acceptila. per tot. Quarto inter se conueniunt contrario consensu ad eiusdem obligationis extinctionem, cum nihil sit tam nāle, vt ideò modo dissoluatur, quo fuit contractum l. nihil tam naturale ff. de regul. iur. §. fi. d. insti. eod. idque verificatur dummodo res sit integra l. ab emptione ff. de pact. Aliquando verò dicti contrahentes inter se non conueniunt, & tunc obligatio tollitur aliquando simpliciter, & aliquando secundum partem, cum debitor incidat in impotentiam soluendi, iuxta tex. & ibi doct. in l. fi. C. de iure deli. be. & in authen. hoc nisi. ff. de solu. Ex parte verò creditoris illud idem contingit, cum aliquando priuetur iure recipiendi creditum suum. Hinc nota quòd quando quis accipit hæreditatem cum beneficio l. et inuentarij iuxta d. l. fi. tunc cum teneatur ad debita hæreditaria iuxta vires talis hæreditatis successiuè aliquando tenetur in totum, aliquando pro parte, & aliquando in nihilo. Secundo considerando circunstantiam Quid, ex ea debemus inferre obligationem tolli ratione materiæ quæ dupliciter considerari debet Primo ratione temporis celebrationis contractus, & obligationis, & sic de ea diximus supra in principio præsentis lectionis. Secūdo postquam obligatio contracta fuerit, & tunc quoniam aliquando res desinit esse §. si res legata d. insti. de leg. successiuè etiam obligatio dicitur desinere, & cum in hac parte certa regula dari nequeat, qua cognosci possit quando res dicatur desinere, ideò sit satis id adnotasse. Sequitur tertia circunstantia, & dicitur Cur. ex qua cognoscitur, quòd sicut obligatio non cōtrahitur nisi cum caussa c. si cautio de fide instru. l. cum de indebi. in fi. ff. de probat l. 2. ff. de except rei iudic. Ita etiam causa cessante dicitur cessare obligatio iuxta tot. tit. ff. de condi. cau. da. Hinc nota, quòd sicut quilibet contractus, & obligatio consideratur dupli-

dupliciter: primo ratione propriæ naturæ, secundo ratione, qua est actus illi cuius virtutis, ita etiam causa illius debet esse eiusdem respectus, & considerationis, & propterea aliquando tolluntur ob defectum vnius causæ, & aliquando ob defectum alterius, iuxta tradita per doct. in l. 2. C. de rescind. vend. cum simil. Quarta sequitur circunstantia, quæ dicitur Quando, ex qua cognoscitur obligationes tolli per præscriptionem, qua omnis actio aliquando extinguitur. l. 3. C. de præscrip. lon. temp. Et ad hoc facit tot. tit. insti. de præscrip. & vsucap. Quinta sequitur circunstantia, quæ dicitur Vbi, ex qua cognoscimus, quod sicut obligatio contrahitur aliquando respectu certi loci, iuxta tot. tit. de eo, quod certo loc. Ita etiam talis obligatio extinguitur ob impotentiam illam adimplendi in loco destinato. Quod quidem an sit verum simpliciter, licet habeat difficultatem, satis tamen erit, vt verificetur secundum quid, id est ad tempus. Sexta sequitur circunstantia, quæ dicitur Quomodo, quæ cum denotet formam contrahendi debemus propterea adnotare huiusmodi formam alio nomine solemnitatem nominatam duplicem esse, iuxta tradita per docto. in l. sciendum ff. de verb. oblig. vna enim dicitur intrinseca, altera verò dicitur extrinseca, quæ regulariter adhiberi solet in alienatione bonorum alicuius minoris, vel Ecclesiæ, iuxta tot. tit. ff. de reb. eo. C. de præd. mino. & Authen. de reb. Eccles. non alienan. Qua de re cū aliquando prætendatur huiusmodi solemnitates non esse seruatas: successiuè obligationes inde tolluntur. Septima, & vltima sequitur circunstantia, quæ dicitur Quibus medijs, ex qua cognoscimus, quòd sicut obligatio cōtrahitur aliquando dolo, vel metu, iuxta tot. ti. ff. & C. de dol. & de eo, quod met. cau. Ita etiam sæpe contingit obligationem rescindi sub prætextu, quòd sit contracta dolo, vel metu, cum clari sit iuris, quòd fraus, & dolus nemini patrocinari debeant. Et ita per hæc omnia habemus summam cognoscendi modos, quibus obligationes tolluntur. Quæ omnia eò magis sunt adnotanda, quo cognoscimus etiam methodicè quibus modis obligationes contrahantur, cum cognitio circunstantiarum, vt supra quoq; dicebamus, deseruiat ad cognitionem obligationum, tam in contrahendo, quàm in dissoluendo. Vnde meritò, &c.

LECTIO DECIMA.

De Actionib. & de modo illas in iudicio proponēdi.

QVoniam est communis doctrina, æquiuoca prius esse distinguenda, vt etiam probat tex. in l. 1. ff. de dolo: Ideo tractaturum de actionibus oportet prius adnotare secundum quod significatum de ea, compendiosè tamen sit agendum. Actio igitur secundum vnam illius significa-

tionem denotat quamlibet hominis operationem, descendentem à libera eius voluntate. Circa quam versatur tota philosophia moralis, & sic de ea in praesenti non est agendum. Secundo per actionem debemus intelligere id, quo aliquid in iudicio consequi valeamus. Atq; secundum hoc significatum de ea est agendum, & propterea sub hoc respectu definitur à Iustiniano in tit. Insti. de actio, in princ. nil aliud illam esse, nisi ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur: secundum hoc etiam significatũ intelligitur tex. in l. si pupilli in fi. ff. de nego. gest. vbi legimus neminem posse litigare sine actione. Licet autem secundum propriam, & formalem eius naturam intelligamus quid sit actio in lectione proposita: est tamen animaduertendũ, quòd virtualiter continet etiam totum iudicium, & propterea meritò quidem videtur dictum in l. edita. C. de edend. quòd edita actio speciem futurae litis demonstrat, & secundum hanc considerationem tex. in §. si. d. instit. de iure naturali concordat cum text. in §. fin. insti. cano. de ecclesi. consti. secundum eandem considerationem, actio adhuc ita contemplatur, videlicet primo ex parte actoris, secundo ex parte rei, tertio ex parte Iudicis. Vnde in praesenti lectione breuiter debet considerari ex parte actoris, atq; sub hoc respectu, rursus consideratur primo ratione dominij, & proprietatis ipsarum rerum: secundo ratione possessionis earundẽ. Primo modo sicut actio diuerso respectu iterum consideratur, ita etiam diuersae de ea reperiuntur distinctiones, vt videri potest in d. titu. de actio. per tot. Qua de re actio primo consideratur ratione rei circa quam versatur, & sic vna dicitur realis, quia competit ad rem aliquam consequendam, & communi vocabulo dicitur rei vendicatio. iuxta tot. tit. ff. & C. de rei vend. in qua reus praesupponitur possessor rei, de qua esset quaestio, actor vero dominus, vt docet Ia. in §. omnium, d. tit. de actio. alia verò dicitur personalis, quia proponitur aduersus personã, vt adimpleat id quod promisit, quae cõmuni vocabulo conditio nominatur. § sic itaq; d. insti. eo. Alia deniq; dicitur mixta, quia est personalis in rem, de quibus plenè tractatur in prima distinctione tradita ab Imperatore in d. §. omnium autem. Ideò verò haec distinctio est desumpta ex parte rei, quia res illa accipitur in genere, & propterea huiusmodi actiones dantur etiam pro seruitutibus, & rebus incorporalibus, prout latius in loco citato habetur. Secundo considerantur actiones ratione iuris, à quo sunt introductae, & sic aliae dicuntur ciuiles, aliae verò praetoriae, & quaelibet earum subdiuiditur §. sed iste quidem d. insti. eod. hinc est quòd actio praetoria datur aliquando in rem, & aliquando in personam, & propterea actio publiciana dicit actio in rem, iuxta tot. tit. ff. de public. in rẽ actio. Item actio seruiana, vel quasi: Item actio de constituta pecunia, cum alijs similibus, quae compendiosè habentur in d. §. sed iste quidem, cum pluribus seqq. Tertio consideratur actio ratione finis, & sic alia dicitur rei persequendae gratia cõparata, alia est persequendae poenae, alia denique dicitur mixta. §. sequens illa diuisio, eod. &

ratio est, quia ille, qui agit, intendit aliquando persequi rem sibi debitam, aliquando verò pœnam, & aliquando vtrunq; , & istæ regulariter oriuntur ex obligatione delicti, vel quasi, vt ibidē in §.ex maleficijs adnotatur. Quarto consideratur actio ratione formæ, & sic vna reperitur, qua tantum actor dicitur agere: altera verò dicitur communis, quia per eam tam actor, quàm reus agere dicitur, vt est actio familiæ herciscundæ, communi diuidundo, & finium regundorum.§. quædam actiones, eod. atque in ff. & C. proprij habentur tituli. Quinto consideratur actio ratione effectus, & sic alia dicitur pœnalis, alia verò non pœnalis, & propterea datur aliquando in simplū, aliquando in duplum, aliquando in quadruplum.§.omnes autem, cum seq. eod. Ratio autem istius distinctionis illa videtur esse, quia actor intendit aliquando consequi quod sua interest. Vnde sicut huiusmodi interesse potest esse diuersum, ita etiam ad huiusmodi capita ab Imperatore videtur redactū. Sexto cōsideratur actio ratione medij, quo illa acquiritur, & sic actio alia dicitur bonæ fidei, alia verò stricti iuris.§.omnium autem eod. & propterea sæpe in practica videmus in nonnullis actionibus, & obligationibus strictam fieri interpretationem, vt contingit in ipsa stipulatione. In nonnullis verò attenditur bona fides, vt contingit in contractu emptionis, & locationis, & propterea fit interpretatio secundum æquitatem, vt ibidem explicant doct. Septimo consideratur actio ratione iudicantis, & sic alia dicitur arbitraria, alia verò secus.§. præterea, cum seq. eod. siquidem iudex in iudicando habet aliquando arbitrium, vt dicit ibi tex. & explicant doct. Hinc est, quòd in iure multi dantur casus dependētes ab arbitrio ipsius iudicis, illud tamen semper obseruari debet, vt ferat sententiam claram.§.curare autem, eodē. Octauo consideratur actio ratione modi proponendi eam in iudicio, & sic sæpe contingit, vt quis plus petat, quàm sibi debeatur.§.si quis agens, cū seq.eod.& l.1 C. de plus peti. Idque contingit re, tempore, loco, & causa, vt ibidem habetur. Nono consideratur actio ratione integritatis rei debitæ, & sic per eam aliquando quis condemnatur in solidum, aliquando verò in eó, quod facere potest §.sunt præterea, cum seq d.insti.eod. Decimo consideratur actio ratione personæ ex qua competit, & sic competit aliquando ex persona nostra, aliquando verò ex persona alterius, quæ diuersa reperitur, cum alia sit in potestate nostra, alia verò secus. Hinc est, quòd factū gestum cum seruo nostro, vel cum persona à nobis dependente producit actionem, quæ dicitur in factum, iuxta tot.tit.dd.instit. quòd cum eo, qui in alie. potesta. per totum. Vndecimo cōsideratur actio ratione temporis, & sic alia extinguitur cum persona, alia verò transit ad hæredes, & in hæredes, d insti de perpe.actio.& C.de hæred. actio. per tot. Duodecimo consideratur actio ratione cessionis, & sic vna dicitur directa, altera verò dicitur vtilis. De qua distinctione videndus est Barr. in l.1.ff.de actio.& oblig. Hinc adnotari debet, quòd actio cessa est, & dicitur vtilis, non autem directa, de qua

cessione videndus est idem Barto. in l. Modestinus.ff.de solut. Tertiodecimo consideratur actio ratione delicti, vel quasi, & sic vna dicitur noxalis, quia animal, vel seruus, qui dedit damnum, soluitur pro damno dato: altera verò actio est alterius naturæ, cum per eam solum damnum resarciatur, iuxta tot. titu.dd.instit. & ff. de noxal. actio. Quartodecimo consideratur actio vna in comparatione ad aliam, & sic vna dicitur præiudicialis: altera verò secus §.præiudiciales.d.insti. eod. de actio. & C.tit.de ordin.iudi.& de ordin.cognit. Per quas quidem actionum distinctiones habemus (ni fallor) summam, & compendium omnium ferè actionum, quæ dominium respiciunt ipsarum rerum.

Hactenus vidimus & nonnulla adnotauimus de actionibus respicientibus dominium, suo iure sequitur modo, vt aliquid breuiter videamus de actionibus respicientibus possessionem, quæ communi vocabulo interdicta dicuntur, de quibus licèt compendiosè nõnulla nos doceat Imperator in tot.titu. insti.de interdict. non erit tamen inutile, vt etiam nos in præsenti de eis aliquid obseruemus, qua de re sicut actio diuersa cõsideratione diuersimodè fuit diuisa, vt supra vidimus; ita etiã hoc idem contingit de ipso interdicto, & propterea illud primo consideratur ratione conseruationis, & sic vnum dicitur prohibitorium, aliud verò restitutorium: prohibitorium enim est illud, quo prætor prohibet ne aliquid fiat, hinc datur interdictum, ne quid in flumine publico, &c. ne quid in loco publico, ne quid in loco sacro, de arboribus cædendis, de glande legẽda, cum multis similibus, de quibus proprij habentur tituli in libro Digestorum. Interdictum verò restitutorium est illud, quo prætor aliquid restitui mandat, vt est bonorum possesio ei restituenda, qui vi deiectus erat, vt in d.insti. loco citato legitur. Et cum aliquando de prædictis dubitetur, ideò datur adhuc aliud interdictum, quod exhibitorium nominatur. Hinc habetur tit. in ff. ad exhibendum, quo quis cogitur rem exhibere, de qua esset quæstio. Secundo consideratur interdictum ratione finis. l. fina. ff. de ll. & propterea vnum dicitur acquirendæ, seu adipiscendæ, alterum retinendæ, tertium recuperandæ possessionis gratia. Adipiscendæ interdictum multiplex in iure reperitur, secundum quòd diuersa data sunt iuris remedia ad possessionẽ acquirendam, vt est l. fin. C. de edic. Di. Adri. quorum bonorum, & Saluiani interdicti, quæ omnia hodie plenè explicantur à Menoch. in suo libro de adipiscen.poss. Interdictum verò retinendæ dicitur præcipuè vtrubi, & vti possidetis, atq; similiter in iure dantur diuersa remedia, quibus possessio retinetur ab eo, qui eam retinere contendit, & copiosè declarantur à Menoch. in suo tract. de retinen.poss. per totum. Interdictum denique recuperandæ est illud, quo quis suam possessionem recuperare intendit, quam sua negligentia, vel facto fortasse, & dolo partis, aut iudicis amisit, cuius respectu longè plura habentur in iure remedia ad prædictam possessionem recuperandam, quàm habeãtur ad illam acquirendam, vel retinendam. Quæ copiosè similiter

ter

ter explicantur ab eodem Menoch. in suo tract.de recuper.poss. Hæc tria interdictorum genera occurrunt in practica aliquando distributiuè, aliquando verò cumulatiuè, vt nos docent doct. in l.naturaliter.§.nihil commune.ff. de acquir.poss. Hinc videmus in practica, quòd aliquando quis contendit retinere possessionem, & quatenus opus sit illam acquirere, seu recuperare.

Rursus hæc eadem tria interdictorum genera aliquando practicantur secundum propriam eorum naturã, aliquando verò coincidunt, & cumulantur cũ actione reali, iuxta tradita communiter per doct.in d. §. nihil commune. Hinc datur iudicium petitorium, possessorium, & mixtum. De quibus quidem tribus interdictorum generibus videndi sunt doct.in §. sequens diuisio, cum duobus seqq. d.insti.de interdict. Tertio consideratur interdictum ratione litigantium, & sic vnum dicitur simplex, quia alius est actor, & alius reus. Aliud verò dicitur duplex, quia vterq; dicitur actor, & reus.§.tertia diuisio d. insti.eod. Quamuis autem interdicta multa reperiantur in iure, vt videri potest præsertim in lib.39.& 41.Digestorum: quoniam tamen intentio nostra fuit solùm compendium eorum adnotare, ideò sit satis ista tantum adnotasse.

LECTIO VNDECIMA.

De actione per exceptionem excludenda.

DIximus supra actionem cõsiderari ex parte actoris, ex parte rei, & ex parte Iudicis, vnde postquã adnotauimus quid erat obseruandum de ea ex parte actoris suo iure conuenit, vt in præsenti aliquid videamus ex parte rei: & cum actio sub hoc respectu excludatur per exceptionem, quia dicebat Iurisconsul. in l.2.ff.de excep.& tex.in insti.cano. eod.in princ quod exceptio est actionis, vel intentionis exclusio, ideò adnotando aliquid de exceptione intelligemus quomodo actio per exceptionem excludatur, & rescindatur. Sicut igitur actio diuersa ratione considerata diuersimodè diuiditur, ita etiam hoc idem est dicẽdum de ipsa exceptione. Sicut etiam actio est id, quo actor consequitur quod sibi debetur; ita etiam exceptio est quædã defensio, qua reus in suo iure conseruatur, & defenditur, vt probat definitio de ea supra tradita, & text.in clem. Pastoralis ferè in medio de re iudic. Hinc notã, quòd sicut aliquis non debet priuari sua defensione, ita etiam nec exceptione, nisi in certo casu speciali; iuxta tradita per doctores in cap. ex parte, il secondo, de offic. iudic. delegat. Rursus sicut actio proponi debet in iudicio certa iuris solemnitate obseruata, quæ à debitis circumstantijs dependet; ita etiam hoc idem contingit de ipsa exceptione, & propterea,

rea, antequam deueniamus ad distinctiones ipsarum exceptionum nó erit inutile in primis obseruare ex quo capite illæ sint desumendæ. Qua de re talis regula in hoc videtur obseruanda, vt exceptiones desumátur ex qualibet facti circunstantia, vnde considerando circunstantiam quis, exceptio inde ita desumitur, vt videlicet obseruemus an Iudex, actor, & reus habeant personã legitimam standi in iudicio: de iudice enim facit totus tit. C. si à non competenti iudic. cum ille aliquando habeat legitimam potestatem in iudicando, aliquando verò secus. De actore verò, & reo facit tex. in §. item inuiti. Inst. de curato. vbi legimus minores stare non posse in iudicio sine curatore, & propterea aliquando persona litigãtium non est legitima stãdi in iudicio. Si verò personæ istæ legitimæ fuerint, quoniam aliquando litigant per procuratorem, ideò sæpe contingit ipsum non esse legitimum, iuxta ea, quæ habentur in toto tit. ff. & C. de procurat. & de manda. Secundo desumitur exceptio ex circumstantia, quæ dicitur Quid, & sic rei petitæ, cum id, quod in iudicio petitur, vel non debetur, vel saltem non debetur tempore petitionis, iuxta l. 1. C. de plus peti: & propterea inde cognoscitur quomodo ex hoc capite oriatur exceptio. Tertio desumitur illa ex circunstantia Cur, id est causæ, propter quam actor petit, quæ quidem, cum aliquando nó competat, & propterea legimus in l. si pupilli, in fi. ff. de neg. gest. quod sine actione agere non possumus, aliquando vero non competit tempore moti iudicij, iuxta l. cadere diem. ff. de verb. signific. & ad hoc facit etiam d. l. 1. C. de plus peti. ideò quod diximus supra de circũstantia Quid, est simpliciter dicendum de hac circunstantia Cur. Quarto desumitur exceptio à circunstantia quádo, quia clari est iuris, quòd non quolibet tempore potest iudex ius dicere, sed solum tempore à iure definito, iuxta tradita per docto. in l. more Romano. ff. de ferijs. Et in l. actus cum l. fin. C. eo. Successiuè inde intelligimus, quòd si ius alio tempore dictum fuerit à iudice, quàm in tempore à lege definito, sine dubio potest opponi exceptio feriarum. Quinto desumitur exceptio ex circunstantia Vbi, quia sicut iudex tenetur ius dicere tempore cógruo, & à lege definito; ita etiam hoc idē est obseruandum de loco, ne ille sit partibus suspectus, & propterea sæpe opponitur exceptio de loco suspecto, de qua nouissimè videndus est Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. casu 468. Sexto desumitur eadem exceptio ex circunstantia Quomodo, siquidem actor nō solum potest ad libitum eius litigare; sed etiam tenetur debitam iuris solemnitatem obseruare: hinc est, quòd de iure communi opponitur exceptio de forma non seruata, & successiuè sæpe fertur sententia ab obseruatione iudicij, de qua, cæteris omissis, videndus est Maran. in suo Specul. par. 5. Septimo, & vltimo desumenda erit aliquãdo exceptio ex circunstantia Quibus medijs, quia litigantes sæpe litigant dolo, & fraude, ad quam quidem euitandam tenentur iurare iuramento calumniæ, iuxta toto tit. C. de iureiur. propter calumniam, quod si obseruatum non fuerit, sæpe opponitur exceptio

inde

inde desumpta. Hactenus vidimus ex quo capite exceptiones sint desumendæ; sequitur modo vt videamus quæ, & quot illa sint. Primo igitur si exceptio consideretur ex parte personæ, & rei petitæ, vna dicitur personalis, altera vero dicitur realis. l. exceptiones la seconda ff. eod. de except. Hinc est, quòd exceptio personalis extinguitur cum persona, realis verò regulariter transit ad successorem. Secundo consideratur exceptio ex parte causæ, & propterea vna dicitur rationabilis, altera verò irrationabilis, d. c. ex parte il secondo, & ibi doct. Hinc adnotatur ibi regulariter exceptionem rationabilem semper esse admittendã, secus verò irrationabilem. Tertio consideratur aliquando exceptio ratione partis ipsius iudicij, & sic exceptio vna debet opponi in principio ipsius iudicij, vt est exceptio dilatoria: altera verò debet opponi post litis contestationem, vt est exceptio peremptoria. tertia denique potest opponi quandocunque, & ideò solet dici exceptio anormola, de qua distinctione videndus est etiam Angelus in rubr. dd. insti. de except. nume. præsertim 9. Quarto consideratur exceptio ratione temporis, & sic alia dicitur perpetua, alia verò temporalis. l. exceptiones la prima, eod. §. appellantur autem cũ seq. d. insti. eod. exceptio enim perpetua ideò ita nominatur, quia semper agentibus obstat, & propterea peremptoria etiam nominatur. Temporalis verò, quæ & dilatoria nominatur: obstat solùm in certo iudicij tempore, vt in eisdem locis expresse legimus. Quinto consideratur exceptio ratione iuris, & sic alia dicitur rigorosa, alia verò æqua, quia vna est fundata in rigore iuris, altera verò in æquitate: Hostien. in sua summa eod. §. quæ sit exceptionum diuisio. Sexto consideratur ratione medij & sic vna dicitur dolosa, altera verò secùs quia ille, qui exceptiones opponit, dolo aliquando id facit. Multæ adhuc reperiũtur in iure exceptiones, earumque distinctiones, vt videri potest apud Hostiensem in d. §. & cæteris omissis apud Angelum in d. rubr. num. præsertim 9 per totum. Cæterum cũ intentio nostra fuerit illa videlicet adnotare compendium earum, ideo ne limites instituti propositi transgrediamur, sit satis ista tantum adnotasse. Illud tamen est omnino addendum, & adnotandum iuxta tradita ab Imperatore in toto titulo dd. insti. de replica. quòd cum replicatio sit quædam exceptio, ideò quæ supra sunt adnotata de exceptionibus, singula tamen singulis referendo, verificantur etiam de replicationibus. Qua de re cum per hæc omnia sit breuiter adnotatũ quid actor & quid reus in iudicio agere debeat iuxta finem, & intẽtionem cuiuslibet: Est vlterius animaduertendum, quòd habent etiam quid commune, & propterea tam actor, quàm reus in primis illud habent commune, quòd possent litigare tam per se, quàm per procuratorem, iuxta l. 1. ff. de postulan. & d. insti. de his, per quos agere possumus. Secundo vterq; tenetur aliquando satisdare de iudicio sisti, & iudicatũ soluendo, d. insti. de satisda. & est adnotandum tex. in l. sancimus. C. de fideiusso. Hinc nota, quòd si per procuratorem litigauerint, & ille promisit de

rato,

rato, successiuè tenentur rem ratam habere, & ad hoc facit tot. titu. digestorum rem rat. hab. Hinc intelligimus alios titulos præsertim digestorum vt eil, si quis cautionibus, Item qui satisdare teneantur cum similibus. Tertio quilibet eorum tenetur iurare iuramento calumniæ, ne sint temerè litigantes iuxta tot. tit. C. de iuramento propter calumni. & d. instit. de pæn. temerè litigāt. Quib. absolutis esset nūc cōueniēs aliquid adnotare de officio iudicis circa prædictas actiones, & exceptiones, verum quia conuenientius est de eo in sequenti lectione aliquid obseruare, ideò hæc omnia fiat nunc satis.

LECTIO DVODECIMA.

De iure publico, & pertinentibus ad illud.

DOcet nos Imperator in §. fin. d. institut. de iustitia, Ius aliud esse publicum, aliud priuatum, & cū hactenius multa sint adnotata de iure priuato, meritò quidem in præsenti quædam debent adnotari de iure publico, qua de re in primis adnotare debemus, quòd res publica dupliciter potest, & debet considerari, primo ratione, qua gerit vicem personæ particularis, & sic ea quæ hactenus dicta sunt de iure priuato, verificantur etiam de iure publico, & de re publica, quia in tali casu militat eadem ratio, & propterea docent doctores Fiscum aliquādo gerere vicem personæ priuatæ, iuxta tradita a Peregrino in suo tract. de priuileg. Fisci lib. 6. præsertim in prin. Secundo consideratur secundum propriam eius naturam, & sub hoc respectu de eo nunc erit agendū. Qua de re ius publicum dupliciter cōsiderari debet primo ratione pacis, secundo ratione militiæ. cum res pub. iuxta mētem Imperatoris in prohemi. instit. constituta reperiatur aliquando in statu pacis, & aliquādo in statu militiæ, & belli. Primo modo prædictum ius iterum consideratur in administrando iustitiā & in dispensando bona diuersa, iustitia iterum administratur aliquando inter particularem, & particularem, & dicitur iustitia commutatiua; aliquando inter Principem, & particularem, & sic si illa consideretur, quatenus princeps teneatur subditis, dicitur distributiua quatenus verò subditi cōsiderantur erga Principē dicitur legalis. Qua de re, vt de singulis aliquid breuiter adnotemus, & primo de iustitia commutatiua ideò dicimus illam consistere, primo in promulgandis ll. & constitutionibus vndique licitis, & honestis, quibus populus dirigatur, & conseruetur in pacifico statu, & fælicitate ipsius Reipu. iuxta tot. tit. ff. & C. de ll. & constitu. Hinc dicebat Bart. in l. 1. ff. de iurisd. om. iud. nu. 3. quòd iurisdictio est potestas de publico introducta cum necessitate ius dicendi, & æquitatis statuendæ. Secundo consistit in ius dicendo, & sic id contingit aliquando ciuiliter, & aliquando criminaliter, si

ciuiliter duo sunt cōsideranda, vnum ex parte iudicis, alterum ex parte litigantium, primo modo est animaduertendum, quòd per iudicem in præsenti tria genera personarum intelligere possumus, videlicet Principem, ordinarium, & delegatum. De Principe est adnotandus tex. in l. 1. ff de consti. qui licet habeat plenitudinem potestatis, illa tamē extēditur solū quoad honesta, & propterea si minus honesta præcipiat, non est ei obediendum, quia dicebat D. Hieronymus relatus in cano. si dominus. 11. q. 3. magis Deo, quàm hominibus esse obédiendum. De iudice verò ordinario, & delegato, licet varijs in locis pertractent docto. in præsenti tamen sit satis eos adnotare super l. more maiorum, ff. eod. de iurisd. om. ind. potestas.n vnius.i. ordinarij dependet a lege, alterius verò a qualitate mandati, & propterea regulariter tenentur ius dicere circa ea, quæ a particularibus coram eis proponuntur iuxta adnotata supra in lectionibus de actionibus & exceptionibus. Hinc intelligimus quale sit officium ipsius Iudicis circa prædictas actiones, vt supra propositum fuit. Dixi autem regulariter, quia iudices prædicti aliquando ius dicunt ex proprio eorum officio, & non ad instantiam alicuius, iuxta tradita per Bart in d. l. 1. de iurisd. om. iud. & hoc totum est verum, respectu iurisdictionis tam contentiosæ, quam voluntariæ, cum illa ita in iure reperiatur l. 1. & 2. ff. de off. procons. & lega. De secundo non oportet hinc aliud adnotare cum de eo dictū sit supra in alijs lectionibus. Et ita per hæc quantum attinet ad institutum nostrum intelligimus. quid iuris de administratione iustitiæ commutatiuæ ciuiliter consideratæ. Sequitur modo, vt videamus de administratione iustitiæ criminaliter acceptæ, atq; sub hoc respectu tria sunt obseruanda. Primum modus procedendi. Secundum ipsa delicta. Tertium pœnæ, quibus illa puniūtur. Quoad primum attinet cognoscūtur delicta in iudicio, & successiuè puniuntur per viam accusationis iuxta l. libellorum. ff. de accusati. & per tot. licèt aliquando dum de iure ciuili loquimur illa cognoscantur etiam per viam inquisitionis, & hac fortasse de causa habetur. titulus in ff de publi. iudi. Quoad delicta verò est animaduertendum, quòd delicta quædā sunt publica, quædam verò priuata, d. tit. de publi. iudi. & de priua. delict. in ff. de priuatis iuxta propositum institutum diximus supra in lectione de obligatione ex delicto, vel quasi. Publica autem quæ, & quot sint distinctè explicantur in lib 48. digestorum & in lib 9. Codicis, atq; per modum summæ habentur in toto titu. dd. insti. de pub iudi. Ex eo autem in iure ciuili datur hæc distinctio, quia si delictum fuerit publicum, vnicuiq; de populo competit accusatio, licèt nonnulli ab isto iure accusandi reiciantur. l. qui accusare, cum seq ff de accusa. Si verò delictum fuerit priuatum, tunc criminaliter agendo accusatio ei tantum est permissa, cuius interest, & non alteri, iuxta l. 1. & per totum d tit. de priua. delict. Vnde ne transcendamus terminos propositi compēdij sit satis ista tantum nunc adno-

tasse. Descendendo modo ad pœnas prædictorum delictorũ est in primis animaduertendum, quòd interest reip. ne delicta remaneant impunita, & propterea in iure legimus titulum de pœnis, vnde sicut delicta quædã sunt capitalia, quædam verò non. l. 2. ff. eo. de publi. iudi. ita etiam hoc idẽ dicimus de pœna. Sed quantum facit ad institutum nostrum satis erit illud adnotare, quòd pœna vna dicitur ordinaria, quia imponitur ab ipsamet lege, & propterea in occurrenti casu ad illius decisionem esset recurrendũ. Altera verò dicitur arbitraria, & extraordinaria, quæ qualis, & quanta debeat esse cognoscitur ex debitis ipsius delicti circunstantijs, vt definitum legimus in l. respiciendum, & in l. aut facta. ff. eod. de pœn. Quibus omnibus ita breuiter obseruatis habemus (ni fallor) compendium administrationis iustitiæ commutatiuæ, criminaliter consideratæ. Nunc ad iustitiam distributiuam descendendo dicimus, quòd illa reperitur circa multa. & propterea legimus in iure in tit. Digestorum de immunitatis iure, quòd aliqñ Princeps concedit alicui ob eius benemerita, aliquam immunitatem, vnde sicut munera quædam sunt personalia, quædam patrimonialia, & quædam mixta; ita etiam immunitas sub eodem respectu diuiditur, & conceditur. Secundo reperitur eadem iustitia in diuersis priuilegijs concedendis, & propterea in tribus libris Codicis diuersi reperiuntur tituli de priuilegijs, de quibus pertractant docto. in l. beneficium. ff. de consti. Princip. Tertio reperitur eadem iustitia in diuersis beneficijs: Hinc est, quòd Princeps sæpe concedit alicui ob eius benemerita aliquod feudum, iuxta ea, quæ habentur in lib. de vsi. feud. Denique reperitur eadem iustitia in concessione diuersorum rescriptorũ præsertim ad gratiam, & propterea cum sæpe contingat aliquem incidere in delicta, Princeps aliquando liberat ex gratia huiusmodi personam a pœna, & si illa imposita fuerit, restituit eum ad gratiam, iuxta tot. tit. C. de sen. pass. & resti. Hinc est, quòd Principes ad commodum nonnullarum ciuitatum instituerunt publica gymnasia, iuxta tot. tit. C. de profess. & medi. lib. 10. per tot. cum similib. His ita breuiter adnotatis sequitur nunc, vt aliquid breuiter videamus de iustitia legali, quæ cum ordinet populum ad Principem, ideò primo illa videtur reperiri in solutione vectigalium, censuum, & impositionum, pro beneficio tamen, & vtilitate publica, atq; in signum respectiuè superioritatis, & obedientiæ, iuxta tot. tit. ff de censibus, & si ager vectigalis, &c. & noua vectigalia in C. & de exacto. tributo. lib. 10. C. cum similib. Item vt vnusquisq; sustineat munera publica, nisi iusta de causa excusetur; iuxta tot. tit. Digestorum de muner. & honori. atque de eorum excusatione varij habentur tituli in ff. & C. Tertio consistit eadem iustitia in eo vt vnusquisq; pacificè, & quietè viuat; & propterea vltra cognitionem prædictorum delictorum puniuntur in iure diuersi alij excessus, vt est crimen stellionatus, & de varijs, & extraordinarijs cognitionibus. Vltimo iuxta in-

stitutum

ſtitutum noſtrum conſiſtit eadē virtus in cōmercijs, & mercatoribus: iuxta tit. C. de cōmer. & merc. Itē negociatores ne militent, cū clari ſit iuris, & facti, ideò quaſdā negociationes eſſe prohibitas, & quaſdam permiſſas, quia ordinant populū ad publicū, & ipſum Principē, atq; hac ēt de cauſa videnē permiſſa publica gymnaſia, vt inde tā quam de equo Troiano oriantur homines ad rempub. gubernandam, vt etiam adnotat Imperator in prohem. inſti. in fi. Et ita per hæc omnia habemus ſummam iuris publici quoad iuſtitiam adminiſtrandam. Et cum ius pub. diximus ſecundo loco conſiſtere in adminiſtratione bonorum, iuxta tit. Digeſtorum de adminiſtra rer. Ideò in hac parte adnotare debemus, quòd huiuſmodi bona in iure ita præſertim conſiderantur, vt quædam ſint ipſius Principis, quædam ſint alicuius ciuitatis, vel alterius vniuerſitatis & quædam denique ipſius Fiſci, ideò ſicut illa diuerſa reperiuntur, ita etiam diuerſa debet eſſe eorum adminiſtratio, hinc eſt, quòd vltra titu. prædictum, & tit. de admini. rer. lib. 11. C. atq; tit de iur. Fiſci. Multi adhuc alij reperiuntur in tribus præſertim libris eiuſdem C. vt eſt tit. de debitor. ciui. de venden. reb. earundem, de executo. & alij ſimiles.. Secundo eadem adminiſtratio videtur conſiſtere in diſpenſatione eorundem bonorum, de qua licèt in iure ciuili ſpecialis non habeatur locus, illa tamen fieri debet ſemper ad vtilitatem publicā iuxta tot. tit. ff. & C. ad leg. Iulian de Annona, cum ſimil. & ita per hæc intelligimus ius publicum reſpectu pacis. Reſpectu deniq; militiæ duo breuiter ſunt adnotanda; Primo quales ſint res, & iura militaria, quæ quāuis non habeant certam legem ſcriptam, cum potius in facto, quàm in iure cōſiſtant, recurrendum tamen eſſet ad tit. ff. de re mili. & ad ſimilem tit. lib. 12. C. Secundo conſideratur iſtud ius ratione qua inde aliquid acquiritur ob illam vulgarē cōcluſionem, quòd res per bellum, & occaſione militiæ nobis aliquando acquirantur iuxta tot. titul. ff. de caſtren. pecul. Et ad hoc facit tit. digeſtorum de capti. & poſtlimi. licet adhuc multa poſsint adnotari de propoſita materia, quoniam tñ per hæc intelligimus ea, quæ faciūt ad propoſitū inſtitutū, ideò nō videtur cōueniēs vlteriusprocedere.

LECTIO DECIMATERTIA.

De methodo ſtudendi in iure ciuili.

Q Vamuis multi multa docuerint circa methodum ſtudēdi in iure, quoniam tamen adhuc remanet locus illam melius demonſtrandi, vt clarius, demonſtro in meo tractatu de præmiſsis ad vniuerſam iuris ſcientiam, ideò non erit inconueniens etiam in præſenti, per modum compēdij breuiter declarare qua methodo ſit procedendum in acquiſitio

ne huius scientiæ ciuilis, & cum propterea oporteat illam ad certa capita reducere, cum ita conueniat secundū ordinem disciplinę, ideò sicùt facultatis canonicæ methodus diuisa fuit in tria capita, vt videri potest in lect. 12. compendij eiusdem, ita etiam eodem modo in præsenti est procedendum, & propterea in primo capite videndum est ad quot partes hæc facultas ciuilis reduci possit. Secundo quæ leges principaliter sint vidēdæ ad hoc, vt quis facilius ad gradum doctoratus peruenire valeat. Tertio qui authores præcipuè insuper sint videndi.

Quo ad primum licet ius ciuile scientia dici possit, illa tamen sine controuersia dicitur practica, & propterea in primis puto totum ius ciuile diuidendum esse in duas partes, videlicet in theoricam, & practicam. Rursus theoricam adhuc puto esse diuidendā in partem vnam introductoriam, in alteram verò decisoriam. Et hæc iterum est ita diuidenda, vt quemadmodum scientia iuxta doctrinam philosophi versatur circa principia subiectum, & partes eius, ita etiam hoc idem est dicendum de hac scientiā nostra, vnde prima pars theoricæ decisiuæ erit de principijs, & sic de diuersis iuribus, leg. & cōstitutionibus. Secundā verò erit de subiecto, & partibus eius. Vnde sicut subiectum huius nostræ facultatis est homo ciuilis, ratione qua ciuilis, & partes eius sunt persona, res, obligatio, & iudicia iuxta tex. in l. 1. ff. de stat. homi. ita etiam partes eiusdem scientiæ erunt quatuor, in prima n. erit tractandum de personis, in secunda de rebus, in tertia de obligationibus, in quarta de iudicijs. Ratio autem istius distinctionis illa assignari potest, quia homo ciuilis, cum ita denominetur ratione eius operationum, sequitur inde, quòd primò consideretur in se, & secūdum diuersam eius qualitatem, cū vna persona differat ab alia, ideo sub hoc respectu prima pars erit de personis. Secundo quoniam idem homo intendit diuersa bona sibi acquirere, retinere, vel amittere iuxta l fi. ff. de l. & propterea eius operatio in hac quoque parte potest esse ciuilis, & inciuilis, ideo secunda pars dicitur versari circa res, & bona. Tertio quoniam idem homo contrahit cum alio, & propterea ex tali contractu, & negociatione oriuntur diuersæ obligationes, ideò tertia pars versari debet circa obligationes. Quarto, & vltimo cum idem homo aliquando controuersiam habeat cum alio, atq; intersit Reip. huiusmodi controuersiam legitimè definiri, ideò dictum fuit vltimā partem versari circa iudicia. Qua de re his omnibus consideratis habemus hanc nostram facultatem, quo ad theoricā attinet, esse reducendam ad sex partes, quarum prima erit de introductione: secunda de principijs, & sic de iuribus, ll. & constitutionibus; tertia de personis, & earum qualitate: quarta de rebus, & earum dispositione: quinta de obligationibus, & earum executionibus: sexta de iudicijs.

Hic adnotare debemus, quòd quando Iurisconsultus dixit in d. l. 1. de stat. homi. ius nostrum versari circa actiones, intelligi debet, vt comprehendat etiam iudicium, & sic virtualiter idē

est, ac si dixisse: circa iudicia, & hoc modo iste text.concordat cum §.fin. insti.cano.de ecclesiasticis consti. Et ita per hæc remanet absolutum primum caput huius nostræ lectionis, vt supra propositum. Nunc sequitur, vt adnotemus quæ leges, & insuper doctores in qualibet prædictarũ partium videri debeant, iuxta secundum caput supra in ordine propositum, & in hoc puto non esse recedendum à doctrina Excellẽtiss.I C.Perusini Restauri Castaldi, qui in quadam pagina publice impressa adnotauit multa iura à iuuenibus omnino videnda vnà præsertim cum Bar.antequam veniant ad gradum doctoratus. Vnde in præsenti solùm intendo illa ad quãlibet partem prædictarum congruenter reducere. Et propterea quo ad partem de introductione attinet, nil aliud occurrit animaduertere, nisi diligenter operam dare libro Institutionum iuris ciuilis, cum ille sit compositus, & impressus ad hunc finem, vt diximus supra in prima lectione. Secundo circa principiorum, & iurium partem videndæ sunt hæ leges, & iura, videlicet l.omnes populi.ff.de iust.& iur. l.de quibus.ff.de ll.l.beneficium.ff.de consti.Princip.l.Barbatius.ff de offic. præto.l nec quicquam.§.vbi decretũ. ff.de offic. proconsu.l. nemo potest. ff. de legat.primo.l.si quis, in prin.ff. de leg.3.l. 1.C.de sum.Trin.l.non dubium.C.de ll. Et insuper Bart. Tertio circa partem de personis videnda est l.de ætate.ff de minor.l. ab hostibus. ff.ex quib.cau.maio. Authen.ingressi. & Authen.si qua mulier. C. de sacrosanct.Eccles.quibus addi potest.l.tutor qui repertorium.ff.de adminis.tutel.l. diem functo ff. de assesso.l. admonendi,ff.de iure iur. & l. penul.ff. de iurisd. om iud. Quarto de rebus multæ reperiuntur.ll.ad eas pertinentes, non recedendo tamen à doctrina prædicta videnda est lex, vt vim, & lex ex hoc iure ff. de iustit. & iur. Item l. fructus,l. si constante, l. quæ dotis, l.post dotem,l.diuortio.ff. sol. mat. Item l.filio præterito.ff.de iniust. rupt.&c. Item l. 1.l.mor.bus, l. iam hoc iure, l.Centurio, l.ex facto,& l. Lucius.ff.de vulg. & pupil. Item l. is potest,l.ventre,& l.gerit.ff.de acqui. hæred. Item l. 1.l.2.l.cum filiofamil. l.filiusfamilias, §. Diui.ff. de legat. 1. Item l.Titia,l.Meuius.§.duobus,ff.de lega. 2. Item l.cum auus,ff.de condit. & demonstr. Item l.in quartam,ff.ad l.Falcidiam. Item l.Marcellus,& l hæredes mei.§. cum ita ff. ad Trebell. Item l. 1.§.nec castre.ff.de colla. Item l.de pupill.§.si quis ipsi.l.non solum, §.morte.ff.de oper.nou nuncia. Item l finita.§.Iulianus.ff.de damn. infect. Item l.Cæsar.ff de publica.& vectig. Item l. 1.l.naturaliter.§.nihil commune,l.Pomponius,l.rem quæ nobis, ff. de acquir.poss. Item l.naturaliter, l.si quis pro emptore, & l. Celsus. ff. de vsucap. Item l.quominus. de flumin. ff.Item l.si duo,ff. vti posside. Item l. 1.de seru.fugit.in C. Item l. 1.C.qui admitti. Item l. vnica.C quan. non petten.par. Item l.hac consultissima, C.de testa Item l.precibus,C.de impuber.& alijs substi. Item l.si infanti,C.de iur.deliber. Item l. si quis in tantam,C.vnde vi. Item authen.nouissima,C.de inoffi. testa. Item authen.

ex

ex causa, C. de liber. præter. Item authen. res quæ, C. communia de lega. Quinta sequitur nunc pars, videlicet de obligationibus, in qua videnda est l. si vnus, §. pactus ne peteret ff. de pactis. Item l. certi, conditio. l. singularia, l. vinū, l. ciuitas, l. lecta, & l. eius, qui in prouincia, ff. si cer. pet. Item l. fratres à fratre, & l. Iulianus. ff. de condit. indebi. Item l. quod Nerua, ff. deposi. Item l. societatem, §. arbitrorū, ff. pro soc. Item l. eadem, § Cato, l. is cui, l. sciendum, l. si quis arbitratu, l. stipulatio hoc modo concepta, l. stipulationes non diuiduntur, l. inter stipulantem, l. si mihi, & Titio, l. ita stipulatus, l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. oblig. Item l. si quis pro eo, ff. de fideiussio. Item l. si quis maior, C. de transact. Item l. 1. & 2. C. de iure emphit. Item authen. sacramenta puber. C. si aduer. vendi. Item authen. sed nouo iure. C. si cert. pet & de ser. fugit. Item authen. hoc ita, C. de duobus reis. In vltima denique parte, in qua agitur de iudic. videnda est l. in pecuniarijs, ff. de ferijs. Item l. quod iussit. ff de re iudic. Item l. 1. l qui accusare, & l. & quæ à Diuo, C. de edē. Item l. comparatione, C. de fid. instru. Item authent. si quis in aliquo, C. de eden. Item authen. At qui semel. C. de probat. Quibus omnibus obseruatis intelligimus ad mentem supradicti doctoris, quæ præsertim leges sint videndæ super qualibet parte huius nostræ facultatis. Vnde remanet modo, vt breuiter videamus qui authores in qualibet parte, & l. supra adnotatis videri debeant, iuxta tertium caput in ordine in principio istius lectionis propositum. Qua de re in prima parte introductionis placet, vt iuuenes videant Messingerium, Angel. Aret. & Fabrum. Super reliquis verò partibus primus locus Bartolo est attribuendus, vltra eum est euitanda copia authorum, cum illa sit solum admodum vtilis doctoribus, & non scolaribus. Vltra Bartolum tamen vtile, & satis esset videre Iasonem, Alex. & Castren. licet autem multi alij, etiam doctissimi reperiantur, ne tamen ex lectura multorum sequatur illud absurdum, de quo fit mentio ab Imperatore in §. is igitur Insti. de iusti. Ideo satis erit istos tantum adnotasse. Quo ad practicam deniq; eiusdem facultatis in primis, & ante omnia continuò præ manibus haberi debet Specu. Guilielmi Durandi. Vltra eum pro practica ciuili vtile etiā esset videre Marant. in suo Specul iudiciali, & pract. Papien. Pro practica verò criminali placet summopere, vt studium adhibeatur pract. Aegid Bossij, Ale. Clari, & Angel. Aret. Et ita per hæc omnia sit absolutum compendium propositæ methodi. In quo si quid boni fuit dictum Deo danda est laus; si quid secus tenuitati ingenij authoris erit ascribendum.

LECTIO QVARTADECIMA.

De ordinarijs Iuris Ciuilis publicorum Gymnasiorum.

QVamuis supra in lectione prima sit adnotatus ordo, & methodus librorum huius nostræ facultatis ciuilis, quoniam tamen doctores neoterici ad ll. in publicis Gymnasijs interpretandas, obseruauerunt alium specialem ordinem ad faciliorem eiusdem facultatis cognitionem, ideò vtile fore duxi de hoc in præsenti aliquid vlterius breuiter adnotare. Quamuis autem idem Restaurus Castaldus id obseruauerit per ordinaria matutina, & vespertina, vt in eius tabella videri potest, magis tamen placet id obseruare secundum ordinem librorum, & propterea sicut ius ciuile legimus traditum in ff. C. & authenticis. Ita etiam ex qualibet parte desumptum fuit id, quod erat opportunum ad finem prædictum interpretandi. Hinc est, quòd Digestum vetus, vt ab eo initium desumamus, fuit subdiuisum in duas partes, in quarum prima explicatur materia iurisdictionis in titulo præsertim de officio eius, & de iurisd omn. iud. In secunda verò tractatur de actione personali in rem, & præsertim in titulo si certum pet. ea tem methodo subdiuiditur ff. infortiatum, & propterea in prima eius parte agitur de dote, præsertim in tit. solut. matri. In altera verò delega. In tit. videlicet de leg primo. At Digestum nouum duas similes habet partes, in quarum prima disputatur de materia possessionis, in titulo videlicet de acquir. possess. in secunda verò de stipulatione, & obligatione in titulo scilicet de verb. obligat. Codex denique cum eodem modo sit subdiuisus, ideò in prima parte habetur oratio de materia edendi scripturas in titulo videlicet de eden. In altera verò de successione secundum ius prætorium in titu. videlicet, qui admit. Ex libro Authenticorum ideò speciale ordinarium non fuit desumptum, quia anthen. magis vtiles sunt translatæ de dicto libro ad librũ Codicis, & ibi postea per doctores declarantur. Qua de re ex his omnibus habemus octo esse principalia ordinaria cuiuslibet publici gymnasij. Dixi autem principalia, quia quamuis quædã alia vlterius à doctoribus fuerint obseruata, illa tamen non sunt ita vsu frequentia, sicut prædicta, & propterea nõ videtur necessarium de hac re aliud animaduertere. Nunc reliquum est adnotare leges, vt vocant, magis famosas. Ad quarum cognitionem vnum debemus præmittere, videlicet quod quædam iura fuerunt à auctoribus obseruata, vt videlicet

iuue-

iuuenes solùm vnà cum Bartolo debeant illis ope am dare antequam veniant ad gradum doctoratus, quæ quia fiunt, diximus supra ad mentem Restauri Castaldi in præcedēti lectione. Quædam verò alia fuerunt obseruata, quia dicuntur sedes principalium materiarum, quæ in iure obseruantur. Hæc autem cum sint nobis tradita à quodam authore incerto, libr. 1. de methodo studēdi cap. 19. per totum, posset propterea superuacaneum reputari illa, huiusmodiq; materierum sedes hic repetere, eoq; præsertim, quia ibidem distinctè, & ordinatè habentur iuxta ordinem alphabeti, & propterea ne sim a iorum simplex relator ad huiusmodi authorem me remitto. Loco tamen huiusmodi sedium materierum iudicaui expediens fore quædam adnotare iuris axiomata cum locis, vnde illa desumuntur, quæ possent reputari fundamenta huius nostræ facultatis, & vt illa obseruemus secundum ordinem materierū cuiuslibet Gymnasij, & cuiuslibet libri, vt supra subdiuisi; ideò ad primam partem Digesti veteris hæc faciunt axiomata, videlicet. Primo iurisdictio in Principe reperitur cum plenitudine, iuxta l. 1. ff de consti. in alijs verò iudicibus limitata, cum à lege dependeat. Iurisdictio inferiorum Iudicum si delegata fuerit à forma rescripti cognoscitur: si verò fuerit ordinaria à dispositione iuris, iuxta tradita per doctores in l. more maiorum. ff. de iurisdict. omnium iudic. Secundo quo ad secundam partem eiusd. ff. attinet primo tale axioma est adnotandum. Nulla actio alicui acquiritur, nisi ex dispositione legis, aut voluntate hominis l. 1. ff de acti. & oblig. doct. in tit. instit. de actio. in princ. Secundo aliud pro alio inuito creditore solui non potest, doct. in l. 1. si certum pet. Nunc circa primam partem Digesti Infortiati primum axioma est, mulieri esse dandam, & perpetuò dotem eidem conseruandam, iuxta l. 1. ff. solu. matr. cum ibi adnot. Secundum dos regulatur aliquando à lege communi, aliquando à statuto, & aliquando à voluntate dotantium, iuxta tot. tit. de pact. conuent. super do. & l. 1. C. de rei vxo. actio. At circa secundam partē eiusdem Digesti primum axioma erit. In vltimis voluntatibus testatoris intentionem semper esse sequendam, siue illa fuerit expressa, siue tacita. §. dispo nat. in authen. de nupt. l. in testamentis. ff. de regul. iur. nisi tamen illa per l. fuerit limitata. Doct. in l in quartā, ff ad l. Falcid Secundum, testator in dubio se conformauit cum dispositione iuris. Clar in §. testamentum. q. 76. omnino videnda. Sequitur nunc Digestum nouū, vnde in prima eius parte primum eius axioma erit. Possessionem esse quid facti, & propterea esse capiendam, & articulandā. Doct. in rubr. de acquir. poss. & nonnulli in l. 1. eodem. Secundum, possessionem non dari de re incerta. Doct. super l, 3. §. 1. eod. Deniq; quo ad Codicem spectat primum axioma erit. Actorē teneri edere reo omnes scripturas, & instrumenta, in quibus fundat intentionem suam. Doct. in l. 1. de eden. Secundum, qualitas actionis demonstrat qualitatem iudicij. Doct. in l. edita.

edita, cod. In secunda verò parte primum axioma est. In successione attendi debet ius derogans, & non ius derogatum. iuxta tradita per doct. in rub. & in l. 1. qui admitti. Secundū, vt diuisio bonorum inter successores ab intestato fiat æqualis debet per successores fieri collatio bonorū hactenus receptorum de bonis illius defuncti, iuxta tradita per doct in l. si emā cipati, de collat. Et ita his omnibus obseruatis habemus sexdecim axiomata, vna cum locis, ex quibus desumuntur, in quibus octo ordinaria cuiuslibet publici gymnasij videtur (ni fallor) principaliter fundata. Et cum iuxta institutum propositum non conueniat vlterius procedere, ista ideò sint satis.

LECTIO QVINTADECIMA, & vltima.

De differentia, & conuenientia V. I.

HActenus adnotauimus compendium vtriusq; iuris, per modum tamen introductionis, ex quo clarissimè cognoscit ista duo iura inter se partim conuenire, partim verò admodū differētia. De qua quidem re, quamuis multi multa docuerint, quoniam tamen id factum fuit specialiter adnotando singulos casus, specialesq; materias, ideò ne sim aliorum relator in præsenti intēdo eisdem differentias, & conuenientias breuiter explicare in communi, & per modum sciētiæ. Vnde primo loco est præmittendum, quòd cum res, sicut se habent ad esse (vt Philosophus dicebat) ita etiam se habent ad cognitionem, & proptere a sicut vtrumq; ius principaliter dependet à quatuor generibus causarū, ita etiam & differentiæ, atq; conuenientiæ prædictæ ab eisdem causis erunt desumendæ. Qua de re hoc præmisso descendendo nunc ad rem propositam, primo causam finalem considerare debemus, quoniam igitur finis facultatis legalis in communi consideratæ, nil aliud videtur esse, nisi vt homo efficiatur fœlix & beatus: vt communiter nos docent etiā Theologi, & Doct. in glo. summæ libri Decretalium, ideò dicimus, quòd sicut finis iste vnus est æternus, alius verò temporalis; ita etiam lex vna est instituta, quæ ordinat hominem ad finem temporalem tantum, altera verò ad vtrumq;: hinc est quòd ius ciuile, & canonicum ex parte finis in hoc conueniunt, quòd vtrumque reddat hominem fœlicem differunt verò, quia ius ciuile facit hominem fœlicem fœlicitate ciuili, & politica; ius verò canonicum reddit eundē

fœlicem fœlicitate Christiana, & Theologica, quia per ius ciuile conseruatur, & respectiuè acquiritur fœlicitas téporalis societatis humanæ, at per ius canonicum fœlicitas societatis Christianæ, & vitæ æternæ: hinc est omnino notandum, quòd ius canonicum subijcitur sacræ Theologiæ, & est pars illius; ius verò ciuile subijcitur Philosophiæ morali politicæ, & est pars eiusdem: & propterea si casu contingat aliquam legem ciuilem promulgari, quæ non fuerit ordinata ad finem prædictum, non erit lex, & ab ea licitum erit appellare, iuxta tradita per doct. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & in rub. de const. & ita per hæc intelligimus quomodo hæc duo iura inter se conueniant, & differant ex parte finis. Ex parte nunc causæ efficientis similiter inter se conueniunt, & differunt: Conueniunt quidem, quia sicut vtrunque ius dependet à lege diuina, & naturali, ita etiam vtrumq; ius dependet à Deo, & sic à tali causa efficiente: & propterea est communis doctrina, quòd quælibet lex humana dependeat à Deo, & ab eius lege effectiuè, deriuatiuè, materialiter, & subiectiuè, vt cæteris omissis docet nos August. de Anc. in lib. de potestate Ecclesiæ. q. 44. art. 1. Differunt verò, quia author iuris canonici est Summus Pont. cum habeat plenitudinem potestatis in vniuersa Ecclesia Dei: ius verò ciuile dependet ab ipso Imperatore, cui est concessa plenitudo potestatis circa temporalia, iuxta tradita in cap. Venerabilem. de electio. Hoc idem probat tex. & ibi doctor. in can. duo, distinct. 96. Nec obstat, quòd potestas Pontificis sit maior potestate Imperatoris, iuxta tex. in cap. solitæ. de maior. & obed. & in c. 1. in extrauag. communibus ead. Quia non propterea tollitur distinctio de prædictis duabus potestatibus, à quibus ista duo iura dependent, vt vltra prædicta probat etiam tex. in dist. 3. in princ. Qualis autem sit maioritas prædictæ potestatis Ecclesiæ cum nõ sit præsentis contemplationis, ideò non cõuenit hic vlterius procedere, cum talis declaratio non admodum faciat ad rem propositam, hinc adnotare debemus ius canonicum esse nobilius iure ciuili etiam ex parte authoris, vt infra clarius dicemus. Tertio eadem differentia, & conuenientia cum sit desumenda ex parte materiæ, in primis dicimus, quòd cum homo ratione qua est dirigibilis ad fœlicitatem per suas actiones, secundũ dispositionẽ iuris, sequitur inde, quòd in hoc vtrumq; ius conueniat, differunt verò, quia homo dirigitur in suis operationibus per ius ciuile ad fœlicitatem ciuilem, & propterea homo ratione qua ciuilis est subiectũ circa quod illud versatur, qui quidem homo cum consideretur primo in se, secundo ratione rerum, tertio ratione alicuius negociationis communiter dictę, quarto denique ratione iudicij, vt supra in lectione de methodo diximus, ideò eius partes illæ videntur esse, persona videlicet, res, obligatio, & iudicium, At ius canonicum cum dirigat hominem per sacros canones ad finem Christianum, & consequenter tam ratione qua manet in

hac

hac vita, quàm etiam ratione qua tendit ad vitam æternam; ideò homo ratione qua est Christianus dicitur subiectum, circa quod istud ius versatur. Et cum ipse homo consideretur primo ratione sui ipsius, secundo ratione rerum tam temporalium, quàm spiritualium, tertio denique ratione controuersiæ, & iudicij, vt diximus in præcedenti compendio in lectione 12. ideò ibi adnotauimus partes huiusmodi subiecti esse personas, res temporales, & spirituales, atq; iudicium tam ciuile, quàm criminale, & cum in vtroq; iure homo consideretur ratione qua, vt diximus, est dirigibilis, ideò vlterius est animaduertendum, quòd ius ciuile dirigit prædictum hominem solùm per suas actiones exteriores, ius verò canonicum dirigit eundem hominem per operationes tam exteriores, quàm interiores; & propterea apud iuristas est vulgaris conclusio, quòd cogitationis pœnam nemo patiatur. l. cogitationis ff. de pœnis. Ratio autem istius distinctionis illa videtur esse, quia homo, ratione qua ciuilis, non potest considerari, nisi respectu operationum extrinsecarum, cum actio ciuilis interiora non videatur comprehendere, ex quo est ordinata solùm ad finem extrinsecum, vt constat ex supradictis. At homo ratione qua Christianus cõprehendit de eius natura vtrãq; operationem, intrinsecam videlicet, & extrinsecam, cum sit ordinatus ad finem vtrumq;, id est æternum, & temporalem, intrinsecum, & extrinsecũ, vt similiter constat ex iam dictis. Et ita per hæc intelligimus (ni fallor) quomodo hæc duo iura inter se conueniant, pariterq; differant. Quarta, & vltima sequitur nunc causa, quæ dicitur formalis, ex qua similiter habetur, & cognoscitur prædicta conuenientia, & differentia, siquidem, cum per formam nos intelligamus in præsenti methodum docendi, ideò id considerari potest ex parte rerum, & ex parte verborum. Ex parte rerum ista duo iura in eo conueniunt, quia libri Instit. Decreta. sexti, Clement. & extrauag. Item Digestorum, & C. eadem methodo sunt compositi, iuxta l. 2. ff. de stat. hom. cum ius ipsum sit traditum per diuersos libros, & libri sint diuisi per plures, & diuersos titulos, vt clarè in prædictis videri potest. Differunt verò, quia liber Decreti, atq; liber Authen. diuersum habêt ordinem, vt constat ex his, quæ diximus supra in prima lectione. At si eadem methodus consideretur ex parte verborum, & orationis, qua vtrumq; ius nobis fuit traditum, sine controuersia differunt inter se, quia licet sermo latinus, quo traditum fuit ius ciuile, sit elegantiori sermone, quo traditum fuit ius canonicum, tamen est etiam eo cognitione obscurius, cum cognitio literalis iuris ciuilis non ita facilè habeatur, & acquiratur, quemadmodum cognitio literalis iuris canonici. Et ita per hæc (ni fallor) intelligimus quomodo hæc duo iura inter se, ex hoc tamen capite conueniant, & differant. Qua de re cum sit absoluta cognitio materiæ præsentis lectionis illud modo est breuiter inferendum qualiter ista duo iura vno respectu nullam inter se habent præcedentiam;

dentiam; alio verò vnum præcedit alterum, regulariter tamen semper ius canonicum ratione finis, ratione efficientis, & ratione materiæ præcedit ius ciuile, vt constat ex supradictis. At si consideremus qualitaté sermonis, & addendo antiquitatem vtriusq;, ius ciuile videtur præcedere ius canonicum, cum non sit à ratione alienum, vt vna & eadem res sit superior, & inferior diuersa ratione considerata, & propterea non repugnat iuri, nec rationi, vt in iure canonico multæ reperiantur decisiones de sumptæ à dispositione iuris ciuilis, ideò & meritò quidem, istæ duæ facultates dicuntur ad inuicem fraternizare, & vna non debet esse seiuncta ab altera, si non aliter, saltem quo ad cognitionem attinet, iuxta ea, quæ nos docent Canonistæ in c.fi.ne cleri.se immi.nego.secu. Et hæc omnia sunt, quæ erant animaduertenda per viam compendij, & introductionis vtriusq; iuris ad laudem Dei, & vtilitatem proximi.

FINIS.

GLOSA
SVPER BVLLA
PII QVARTI
DE SOCIETATE OFFICIORVM;
CVM VTILISSIMIS ADDITIONIBVS.

Editio Secunda.

AVTHORE D. IO. BAPTISTA LEONELLIO
Bartholino I.C. Perusino, & in Paterno Gymnasio
Iuris Canonici Professore Ordinario.

Opus sanè omnibus in vtroq; foro versantibus valde vtile, & maxime necessarium,

Cum Summario, & Indice rerum magis notabilium.

Ad Illustriss. & Reuerendiss. D. Federicum Borromæium
S. R. E. Cardinalem Amplissimum.

Cum fræno motus animi stringente reguntur,
Virtutes omnes cum probitate fluunt.

DVRVM ET VTILE

PERVSIÆ, Apud Petrumiacobum Petrutium. M D CI.

Superiorum permissu.

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO
D. FEDERICO BORROMAEIO
S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO
D. SVO COLENDISS.

Io. Baptista Leonellius Bartholinus I. C. P.

DOCET D. Bernardus, Virtutis proprium esse, ut nemo ea perfectus existat, qui perfectior esse non appetat, atq; nolle proficere sit deficere. Hoc idem verbo, & exemplo docebat Illustris. ac Reuerendis. S. memoriæ Carolus Cardinalis Borromæius tibi consanguinitate coniunctus, & olim Dominus meus obseruandissimus quam doctrinam Tu quoq; Illustris. ac Reuerendis. D. summo studio es amplexus. Cognoui enim te ab ineunte ætate semper non tãtum omnium virtutũ genere addictis. uerum etiam in illis assidue ad imitationem præd. tui Sanctis. Cõsanguinei profecisse, ualdeq. in dies magis pro-

ficere. Qua de re cũ superioribus annis ediderim sub tuo felicissimo nomine Glos. ad Bullã Pij IV. de Societat. Officiorum, sicut in illa prima editione adhibui diligẽtiam, vt illæ essent admodum vtiles pro negocijs definiendis, ita in ista secunda studui, quædam addẽdo (uestra summorum, atq. excellentium virorum vestigia secutus) vtiliores easdem reddere. Quod quidem cũ perfecerim iuxta tenues vires meas tibi consecrare debebam in signum meæ erga te obseruantiæ sub tuo enim fœlicissimo nomine spe ducor, vt sicut prima editio ob eius vtilitatem ab omnibus fuit vsu recepta: ita quoq; hæc secunda ob eius augumentum vtilior, et gratior esse debeat. Scio quidem hoc meum erga te continuatæ voluntatis signũ eße exiguum: illud tamen spero, & opto, quod sicut humanitas tua erga me est maxima, ita etiam ad imitationem tui Consanguinei, olim Domini mei, atq; Regis Artaxersis non donum, quod est minimũ, sed animum donantis sis accepturus atq; non dedigneris, vt ego tali obseruantiæ in te meæ licet exiguo argumento profitear me tanquam famulum tuum deditissimum semper tui studiosissimum fore. Vale.

Indicis Finis.

PIVS QVARTVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

PIVS Papa IIII. Motu proprio, &c.
CVM ſicut accepimus fe.re. Paulus Papa Quartus prædeceſſor noſter certis tunc expreſſis cauſis motus, quod nullus tam in curia, quam in tota ditione Eccleſiaſtica Officialis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis, & præheminētiæ exſteret, tunc, & pro tempore aliquam Societatem ſuper aliquo, ſeu aliquibus ex Officijs ad tunc ſuam, ſeu Sedis, aut Cameræ Apoſtolicæ, ſeu Camerarij, Vicecamerarij, Pœnitentiarij maioris, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditoris, diſpoſitione quomodolibet pertinentibus quæ vendi conſueuerunt per eū obtinen. pro tempore cum aliqua alia perſona, ſeu perſonis, Communi Collegio, ſeu vniuerſitate, niſi præcedente Signatura ab eo, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente obten. in qua pacta, & conuentiones partium exprimi deberent, pro cuius expeditione, & certa aduocatione medium pro centenario quolibet ſcutorum, ſeu ducatorum cogeretur ſoluere, inire præſumeret, & ſocietates aliter, quam ſic initæ non valerent, & earum prætextu agi non poſſe, & forſan alia tunc expreſſa ſua conſtitutione Motu proprio ſub Datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo quinquageſimo quinto, nonis Octobris, Pontificatus ſui Anno primo ſtatuerit, & ordinauerit, prout in ea latius continetur, & habetur. Nos conſiderantes ſicut fideli relatione percepimus quòd ex huiuſmodi conſtitutione multæ, & diuerſæ tam noſtræ almæ Vrbis quām ditionis Eccleſiaſticæ, & extra eam perſonæ, quę earum pecunias in ſocietatibus Officiorum huiuſmodi contractare ſolitę erant, ea prohibitione vti re noua tertiæ earum ſocietates, quæ in notabili numero, & ingenti pecuniarum ſumma exiſtebant ſtatim diſdixerunt, & reuocarunt, ad extractionemque pecuniarum ſic in ſocietatibus datarum agerer & Officiales eorumque fideiuſſores cogere cœperunt, & enixe inſtiterunt: quo factum eſt vt Officiales ipſi,

& eorum

& eorũ fideiussores, tum etiam ob mala tempora, quæ interuenerunt promptam non habeant quam restituerent pecuniam, nec ab alijs propter huiusmodi Constitutionis difficultatem pecunias in societatem reperirent, eorum officia seu bona alia viliori etiam pretio vendere, & alienare, vel pecunias aliàs sub grauioribus etiã illicitis vsuris capere vel potius (quod pluribus contingit) decoquere, & ab Vrbe aufugere, & sic creditores defraudare omnino cogerentur, ob quod grauia damna, & incommoda tam Vrbi, quam ipsis particularibus Officialibus, & personis illata fuerint, quæ etiam hodie sustinent; Cupientes quantum cum Deo possumus his malis obuiare pro tempore futuro, ac Officiales ipsos, & alios interesse putantes ab huiusmodi grauibus, & damnatis vsuris cum debitis exactionibus liberare. Supplicationibus dilectorum filiorum nostrorum Populi Romani, & Conseruatorum almæ Vrbis nostrę super hoc nobis porrectis inclinati, eisque instantibus, & cum eis more pij patris benigne agere volentes, Motu simili ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine dictam Constitutionem per dictum Paulum Quartum, vt præmittitur factam, cum omnib in ea appositis clausulis cuius tenores, ac si de verbo ad verbũ insererentur pro expressis haberi volumus, cassamus, irritamus, & annullamus ac pro cassatis, irritis, & anullatis haberi volumus, illamque viribus tempore futuro penitus euacuamus. Volentes, & auctoritate nostra decernentes quod de cætero ipsis Officialibus super tamen eorum Officijs societates quascunque cum pactis tamen licitis, & honestis prout & quemadmodum ante constitutionem præfatam solitum erat etiam nulla a nobis seu Romano Pontifice pro tempore existente desuper expedita Supplicatione seu signatura non tamen vltra valorem Officiorum, super quibus illas fieri continget, ita quod ad requisitionem secum Societates contrahentium teneantur in ipso contractu specialiter exprimere alias societates super eodẽ officio contractas si quę sint, & si eas falso negauerint vel expresserint, in toto vel in parte, pęnam priuationis officiorum ipsorum super quibus societates huiusmodi contractæ fuerint sine tamen pręiudicio creditorum, quatenus aliunde illis satisfieri non possit, ipso iure incurrant Et nihilominus tam ipsi quam fideiussores desuper præstiti ad satisfactionem Societatum, & debitorum desuper contractorum teneantur, & obligati existant, facere, & inire, ac pecunias recipere, & contractus desuper celebrare, qui alias tamen legitime, initi valdi, & efficaces existant, & executioni demandari debeant, libere, & licite possint, & valeant licentiam,

riam, & facultatem concedimus per præſentes. Dicta conſtitutione cæteriſque in contrarium quomodolibet facientibus non obſtantibus quibuſcunque premiſſorum omnium, & aliorum hic forſan neceſſario exprimendorum tenores pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, &c.

GLOS. SVPER BVLLA PII QVARTI. De Societate Officiorum.

CVM ADDITIONIBVS.

Authore D. Io. Baptista Leonellio Bartholino I. C. Perusino.

GLOS. SVMMAE.

De diuisione Bullæ, requisitis ad contractum istum, & quid vtilitatis inde habeatur.

MOS est interpretum antequã se conferant ad interpretationem sibi propositã quædã præmittere, quæ vel necessaria, vel vtilia reputantur pro maiori, & meliori intelligentia rei interpretandæ, quod quidem considerans ego illud idem in expositione istius Bullæ Pij IIII. de Societ. officiorum faciendum duxi; & propterea ab illius diuisione incipiendo, puto illam diuidẽdam esse in sex partes, in quarum prima Summ. Pontif. refert tenorem cuiusdam Bullæ Pauli IIII. de ead. materia disponentis in: secunda docet quod ex illa Bulla multa oriebantur, mala, & incommoda: in tertia refert eius intentionẽ ad obuiandum malis præd. in quarta reuocat, & annullat in totum præd. Bullã: in quinta decidendo statuit quid in futurum circa huiusmodi societates seruari debeat: in sexta habentur clausul. in fine cuiuslib. Bullæ apponi solitæ: secunda ibi nos considerantes: tertia ibi cupientes quantum cũ Deo possumus: quarta ibi motu simili: quinta ibi volentes, & authoritate nostra: sexta ibi dicta constitutione &c. Quo ad pri-

mam notandum est ex ea, quòd quan do legislator intendit aliquam legem reuocare summopere esset vtile in lege reuocatoria referre tenorem legis reuocandæ, cum inde melius, & clarius cognoscatur causa reuocationis, & nouæ constitutionis: atque hoc idem a simili procedendo faciendum esset innouandis obligationibus iuxta l. fin. Cod. de noua. tion. Quo ad secūdā not. quod sicut debemus recedere a malo, & facere bonum, vt in sacr. litteris habetur, ita etiam lex alia debet esse prohibitiua, & alia præceptiua: vnde hæc Bulla est mixta, quia partim prohibet, & partim præcipit: confirmatur, quia ratio legis aliquādo demōstrat obuiandū esse malis, aliquādo vero docet ista tuēdum esse iūstū. Quo ad tertiā not. quod scire intentionem legislatoris summopere expedit ad intelligentiā legis, & constitu. c. intelligentia: de verb. sing. & ibi glo. & propterea admentē Marsi. Fici. in quadā sua Epist. not. quòd vbi intentio Authoris alicuius dispositionis non est expresse declarata bonum esset in primis illā inuestigare, & cognoscere. Quoād quartā ex hac parte concurrentibus alijs not. quod constitutio aliqua aliquando reuocatur, & anullatur simpliciter, & in totum authen. cassa, & irrita. C. de sacrosan. Ecclesf. aliquando vero vltra reuocationem prouidetur quid in futurū obseruari debeat, vt habetur in presenti Bulla; de huiusmodi autem abrogat. & derogatione pertractāt Doct. in c. 1. de cōstit. Quo ad quintā cum soleant interpretes casum adnotare, super quo decisio promulgata reperitur in præsenti, loco eius puto vtilius esse adnot. requisita, & qualitates illius cōtractus, et societatis. Primū igitur requisitū est, quod hæc Societas cōtrahat super officio, quod Officialis habet in Vrbe. Secūdū, quod pacta quib[us] talis societas cōtrahitur sint licita, & honesta. Tertiū quod ipsa reguletur a cōsuetudine, vnde vbi talis cōsuetudo nō adest recurrēdū ēēt ad ius scriptū. Quartū quod vltra valorē officij d. societa. cōtrahi nequeat. Quintū quod Officialis sub pœna priuationis officij teneat ad instātiā alteri[us] cōtrahētiū denūciare an officiū sit capax, & quot societates hacten[us] insuper sint cōtractæ. Sextū quod tā ipsi Officiales, quā fideiussores nihilominus teneantur ad satisfactionē huiusmodi societatis, et debitorū desuper contractorum, dūmodo tamē illa legitime sit cōtracta. Septimū quod sicut Officialis in acquisitione officij exposuit se periculo vitæ, & amissionis precij, seu sortis principalis, ita quoq; ille, qui super tali officio pecuniā ponit eisdē periculis se exponere debet. Octauū quod hæc societas aliquando contrahatur solum ad certum tempus, & aliquando ad beneplacitum ipsorum contrahentium: ita tamen, quòd hoc beneplacitū per pactum aliquando reuocetur cū simplici disdicta: & aliqñ cum disdicta 15. dierum. Nonum quod declaretur qualiter societas ista, licet contrahatur inter Officialem, & eum, qui pecuniam super tali officio ponit, id tamē fit aliquando benefitio, & cōtemplatione alterius. Decimū quod licet fructus d. officij sint incerti in celebratione tamē illius societatis solent specificari & taxari ad rationem 10.

&

et in nõnullis locis 12. pro cẽtenario. Vndecimũ, quod finita societate in casu restitutionis sortis principalis, debitor non teneatur ob morã eius ad interesse ad eãd. rõnẽ, qua societas contracta fuit. Duodecimũ quod qui ponit pecuniam super tali officio possit illam exponere periculo suæ, vel alterius vitæ, prout sibi magis placet dummodo a principio id declaretur. Circa hæc requisita, & qualitates de duob[9] posset dubitari, primo an sint tot nu. quot supra sunt adnotata, & quo iure sint introducta: secundo an sint seruãda in vtroque foro. Quo ad primũ dicim[9], quod diuersa rõne, atque respectu possũt esse plura, et pauciora iuxta ea, quæ adnotauim[9] in expositione Bullæ Pij V. de Censibus, sunt autem introducta partim a iure extrauagãti scripto, videlicet, Bullarum Summ. Pontific. & partim a cõsuetudine Vrbis Romæ, vt notoriè constat, merito, &c. Quo ad secundum puto, ipsa esse seruanda in vtroq; foro, ita tamen, quod transgressor aliquando solum dicatur peccare, aliquando vero non solũ mortaliter peccet, sed etiam teneatur ad restitutionẽ, atq. ita iudicó per distin. rationes, authoritates, & doctr. quas adduxi in expositione d. Bullæ Pij V. & præsertim in præmissis, & in diuisione illius, & cum non conueniat illas hic transcribere, propterea ad eas me remitto. Quo ad vltimam partem non video aliquid ex ea posse adnotari vltra id, quod adnotaui super d. Bulla Pij V. ex eadem particula, & propterea ad d. locum me remitto. Vnde his omnibus absolutis reliquum est modo descendere ad expositionem tex. eiusdem Bullæ licet per modum, & methodum glos. etiam in præsenti procedere decreuerim.

ADDITIO.

VSu receptũ esse obseruo præsentẽ contractũ a Societate denominationẽ habere, & sic a qualitate eiusd. legem recipere, idque infertur etiam a tenore istius Bullæ: an autem hoc sit verum non videtur, vndique clarum, cum ille, qui dicit se constituere pecuniam super tali officio potius vr̃ illius fructus emere, quã insuper societatem coire: confirmatur quia fructus semper sunt eiusd. quantitatis, quod videtur esse contra naturam istius contractus §. 1. Instit. de societ. l. si non fuerint et per tot. ff. eod. pro solut. puto animaduertendum Societatem duplicem reperiri, vna enim denotat quandam hominum communionem, quæ alio nomine dicit Collegiũ, altera vero est duorũ, vel pluriũ connetio cõtracta ad cõmodiorẽ vsum, & vberiorẽ quæstũ, vt eam definit Azo in princ. eiusd. tit. hãc distin. docet nos Bald. in rub. C. eiusd. tit. & antè eũ Innò. in c. dilect. nu. 2. & seq. de excessib. Præl. Hoc præmisso placet hunc contractum esse Societatis, & propterea regulari ab illius legibus, idq; cognoscitur verũ, primo quia societas potest contrahi ad vitam, & ad tempus l. 1. ff. eod. & ita cõtrahitur hæc, de qua agimus: secundo in Societate qualib. pars debet participare de damno, & lucro, vt cõstat per iura adduct. hæc eadem verificãtur de hac nostra: tertio de iure communi non est clarum an sors

principalis possit esse salua Bal. in l. 1. q. 2. 3. per tot. C. eod. Petrus de de Vbald. in tractat. de duob. fratribus par. 8. q. 41. Licet hodie per Bullam Sixti V. habeamus definitū numero posse coiri societatem, cū pacto, quod sors ista debeat esse salua: vnde in hac nostra habemus d. sorte principalem aliquando perdi, & aliquando recuperari: quarto societatē de iure communi diuersimodè finiri nemo dubitat §. manet autem cū §. seq. instit. eod. l. 4. ff. eod. hoc idē verificatur de hac nostra: & propterea debemus concludere leges omnes cō tractus societatis verificari etiam de hac nostra, nec obstat obiectū, quia d. pecunia constituitur super illo officio, vt infra clarius suis loc. dicem' in glos. & si opus fuerit dicemus in addition. ad eas licet autem fructus definiantur sub certa qualitate non propterea repugnat naturæ societatis, vt infra in propria glos. habetur.

T E X.

Cum sicut accepimus fel. rec. Paulus Papa IIII. prædecessor noster.

G L O S. I.

Quomodo Princeps dicatur scire iura.

Contra per c. 1. de consti. in 6. & l. omnium. C. de testamen. si enim Princeps dicitur habere omnia iura in scrinio pectoris sui, vt in d. iuribus deciditur, ergo male dicitur sicut accepimus. Sol. glo. super c. præterea in ver. fallit distin. 23. dicit d. iura esse vera, & ita intelligenda per interpretationem, vel dicas secundo d. iura verificari per suos consiliarios: vel dicas tertio, quod iura adducta videntur intelligenda de intelligentia habituali, & virtuali, hęc autem particula intelligitur de intelligentia specifica, & sic iura iuribus concordantur.

A D D I T I O.

Abrogare, seu derogare, et corrigere iura hactenus obseruata requirit illorum cognitionem, vt hic videmus aliter. n. esset temerè facta, & bona tā quam mala sæpe possent prohiberi, quod esset contra l. 2. ff. de constitut. D. Thom. omnino viden. 1. 2. quæst. 92. art. 2.

T E X.

Certis tūc expressis causis motus.

G L O S. II.

Ob quam causam lex dicatur cessare.

Quælibet lex pro eo tempore in quo vigorem habet, debet esse rationabilis & certis causis munita, quæ sicut variantur, itaquoque, & ipsa dicitur variari c. non debet de consangui. & ibi Doct. c. erit disti. 4. hinc not. quod cessante causa cuiusuis dispositionis debet etiam cessare ipsa dispositio, c. cum cessante de appella. & ibi Abba. quod intellige de causa finali vt adnot. Abba. in d. capit. cum cessante, & plene Tiraquel. in suo tracta. cessante causa limi. 1.

A D D I T I O.

Sicut lex depēdet a suis causis, & circumstantijs, vt constat per iura in glos.

glos.adduct.ita ab eisd. debet conseruari, & sic illis deficientibus deficere, atque id facit ad intelligentiam statut. quæ frequentius corriguntur, quam aliæ leges iuxta tradit. a doct. in l.omnes populi, ff. de iustit.& iur.

T E X.

Quod nullus tam in curia, quam in tota dictione Ecclesiastica officialis cuiuscunque status, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis, & præminentiæ existeret &c. vsque ad vers. nos considerantes.

G L O S. III.

De mentione facienda legis corrigendæ, & eius cõmunitate.

Hic summ. Pontif. refert tenorem constitu. Pauli IIII. vsque ad ver. nos considerantes &c. ex quo enim in præsenti Bull. Pontifex intendit d. constitut. reuocare, & super d. societate in futurũ prouidere voluit in primis illius tenorem referre ad hoc, vt hæc præsens prouisio esset magis clara, pro vt de iure esse debet c. erit. dist. 4. l. leges. la 3. C. de legib. not. hic vlterius, quod quælib. lex debet ęqualiter respicere, et ligare subditos & propterea dicit tex. in l. 1. ff. de legib. quod est commune pręceptum & in l. 2. eod. dicit, quod omnes homines decet legi obedire, hinc est, quod apud legislatorem non debet esse nec reperiri acceptio personarũ vt adnot. Doct. in l.omnes populi ff. de iusti. & iure cum simil.

A D D I T I O.

Intelligentia legis corrigentis, vt distincta habeatur requiritur. Primo, vt intelligamus qualis erat lex correcta. secundo quod corrigens sit communis, cum correctio fiat ob bonum public. d. c. erit & l. 1. 2. ff. de legib. tertio vt dependeat ab omnibus suis circumstantijs quia sicut se habet ad esse, ita ad eius cognitionem.

T E X.

Nos considerantes sicuti fideli relatione percipimus &c. vsque ad versic. ob quod &c.

G L O S. IIII.

De qualitate Consiliarij ipsius Principis.

Cum proprium sit hominis errare ob eius fragilitatem, hinc est, quod etiam Principes non sunt exempti ab hac imperfectione. Ideo debẽt habere optimos consiliarios, pro vt docet Paris. de puteo in suo tractat. de Synd. tit. de excessib. Consiliar. num. 12. quamuis consiliarij teneantur de malo consilio iuxta tradit. per Canonistas super cap. sicut dignum §. insuper il primo, vbi præcipuè Ioan. de Anan. de homic. hinc est, quod ne ipsi errent in damnum subditorum non debent habere malos consiliarios, cum per eos dicantur in regimine excedere, de quorum excessu docet idem Paris. in d. tracta. tit. de excessib. Principum nu. 21. & per tot. mali enim consiliarij sunt reijciendi tanquam pestis cum Princeps debeat esse propter populum, & non populus propter Principem.

ADDI-

ADDITIO.

Relatio quæ fieri debet alicui de aliquo negocio aliquando est simplex; hinc est, quod in practica committitur causa, vt illa audiatur, & referatur: aliquando vero habet vim consilij, quod si non retineat propriam naturam dicitur præceptum glos. in c. ad aures in verb. consilio de ætat. & qualitat. si vero retineat; tunc satis est illud petere: aliquãdo vero debet peti, & sequi: iuxta declarationẽ Abbat. in c. cum olim de arbitr. & Bart. in l. 1. §. si plures. ff. de exercito. action. Consilium enim est multiplex, vt docet Paleot. in suo tracta. de consultation. Sacr. Concilior. Card. par. 1. quæst. 3. art. 1. fere in fi.

T E X.

Ob quod grauia damna, & incommoda tam Vrbi, quam ipsis particularibus officialibus, & personis illata fuerint, quæ etiam hodie sustinent.

GLOS. V.

Vnde desumi debeat causa nouæ constitut.

A vers. nos considerantes, vsque ad præsentem particul. Summ. Pontifex refert incommoda, & mala, quæ oriebantur a d. constit. & Bulla Pauli IIII. vnde notatur causa, propter quã liceat recedere a iure antiquo, sed contra per l. 2. ff. de constitut. & D. Tho. 1. 2. q. 97. art. 2. vbi habetur non esse recedendum a lege antiqua, nisi ob euidentem vtilitatem, ergo nõ videtur satis, vt ex l. antiqua oriatur aliquod incommodũ. Sol. causa nouæ legis dupliciter considerari potest, primo ex parte legis antiquæ, & est si illa amplius vtilis non sit, imo damnosa esset. Secundo ex parte legis nouæ, & sic si esset necessaria, vel maxime vtilis, vnde in tota hac Bulla, atque constitu. nostra vtraque causa videtur verificari, si totus context. consideratus fuerit merito &c.

ADDITIO.

Sicut obiectum legis moralis est ipsum bonum, & propterea passim legimus recedendum esse a malo, & esse faciendum bonum vulg. l. 1. ff. de legib. ita quoque illa dicitur varia re ad varietatem istius boni, quod variatur ob diuersas rerum circumstantias, & propterea id contingit aliquando vigore alterius legis iuxta c. erit. distinct. 4. cap. non debet de consanguin. aliquando vero vigore dispensationis §. nisi rigor, cum pluri b. seq. 1. q. 7. cum simil.

T E X.

Cupientes quantum cum Deo possumus his malis obuiare pro tempore futuro, Officiales ipsos, & alios interesse putantes ab huiusmodi grauibus, & damnatis vsuris cum debitis exactionibus liberare.

GLOS. VI.

Quale sit hominis officium in suis actionibus.

Sicut offitium cuiuslibet particul. hominis est euitare malum & facere bonum, pro vt in sacris litteris legimus, ita etiam offitium optimi Principis

cipis est prouidere ne malum committatur, & vt bonum fiat authent. de nō alienan.aut permutan. in princ. col. 2. Omphali. in suo tract.de politic.ciuil lib. 3. cap. 6. per tot. & de Principis obligatione plenissimè trā ctat Lancell. Corrad. in suo tractat. cui tit.est templum omnium Iudic. lib. 1.tit.de Imperat. §. 3. de obligatione Imperatoris per tot. verū quia Principes putant aliquando multa sibi esse licita et iam in damnum subditorum, propterea superfluum esse videtur de hac materia pertractare, & quæ sunt iuris docere.

ADDITIO.

Dicūt Theolog.& Philosophi cō muni consensu hominem appetere bonum in communi necessario, & cū illud ita diuidatur vt vnum sit rationabile, aliud vtile, & tertium voluptuosum, atque homo operando erret in secunda propositione, hinc est, quod sibi fuit necessaria lex, cuius est proprium dirigere præd. secundam propositionem, & propterea dicitur etiam canon, idest regula, c. canon cū seq. distin. 3.

TEX.

Supplicationibus dilectorum filiorum nostrorum Populi Romani, Conseruatorum Almæ Vrbis nostræ super hoc nobis porrectis inclinati eisque instantibus, & cum eis more pij patris benigne agere uolentes.

GLOS. VII.

De modis edendi leges, & constitutiones.

Nota quod Pontifex diuersimode dicitur legem, & constitutionē promulgare, aliquādo enim id facit Motu proprio, quia tenetur vigilare pro salute subditorum authen. vt iudic. sine quoq; suffragio, &c. in prin. aliquando ad petitionem alicuius, seu aliquorum, prout contingit in præsenti, & ferè in tot. lib. Decretal. & propterea ille liber ita nominatur, videlicet lib. Decretalis; aliquādo cum aliorum consilio, iuxta l. humanum, & ibi Bal. C. de legib. aliquando cū consensu aliorum cap. sacro approbante Concilio. de senten. excommunicat. Vtilitas huius not. est maxima, quia sicut constitutio dicitur diuersa, ita quoq; dispensatio, quæ insuper veniret facienda diuersimode deberet concedi, iuxta adnot. a Dec. in sua prima repetit. super c. 1. nu. 1. in fi. de iudic.

ADDITIO.

Sicut contra rescriptum ad instantiam alterius concessum potest aliquando opponi exceptio subreptionis doct. in c. super litteris de rescrip. & nos diximus in tracta. de Subrept. rescript. ita quoque aliquid simil. videt posse opponi cōtra cōstitutionē ad instantiam quorundam editā. Sol. ad mentem docto potest aliquando ab huiusmodi constitut. appellari docto in rubri. de constit. & in l. omnes populi. ff. de iust. et iur. idq. nō sine ratione, quia sicut de iure non permittitur aliquem indebite grauari, ita etiā merito quidem in vtroque casu datum fuit congruum iuris remedium.

TEX.

TEX.

Motu simili ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine.

GLOS. VIII.

De effectu clausul. Motu proprio in constitut.

De hac clausul. habemus text. expressũ in c. si motu proprio, et ibi Docto. communiter de præbend. in 6. & copiose de ea pertractat Staphile. in suo tracta. de literis gratiæ, & iust. tit. de clausul. motu prop. cum seq. sed ex quo ista clausul. apponi solet in rescriptis, quæreret aliquis quid operetur in consti. & Bullis, responderi potest vltra id, quod in d. loc. adnot. quod constitution. & Bullæ videntur esse maioris efficaciæ, quia constitut. eo efficacior debet reputari, quo clarius constat de voluntate legislatoris iuxta tradi. a Mantic. in suo tract. de coniectu. vltim. volunta. lib. 5. tit. 14. nu. 13. & clarius lib. 12. tit. 17. nu. 2. cum ibi adduct. hinc est quod cõsuetudo induci nequit cõtra expresam voluntaté legislatoris iuxta adnot. super c. 1. de constitu. in 6. vbi præcipue Ant. de But. cum simil. merito. &c. his accedit si fuerit promulgata ad priuatam vtilitatem, potest ab ea appellari, vt docent doctores in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. quod cũ non verificatur si motu proprio edita fuerit merito &c.

ADDITIO.

Omnis Principis dispositio tripliciter consideratur, vt hactenus obseruare valui, quantum tamen facit ad rem propositam, aut enim notorie constat illam oriri a libera eius volũtate, & non ad petitionem alicuius, aut notorie constat de opposito, aut sumus in dubio vnde clausul. motu proprio videtur locum habere solum in primo casu, pro cognitione tamẽ cuiuslib. adnotandum est id, quod diximus in nostro tract. de Subreptio. rescript. quæst. 5. art. 1. Ideo nõ oportet hic vlterius procedere.

TEX.

Dictam constitutionem per d. Paul. IIII. vt præmittitur factam cum omnibus in ea appositis clausul. cuius tenorem, ac si de verbo ad uerbum insererentur pro expressis haberi volumus, cassamus, irritamus, & annullamus, ac pro cassis, irritis, & annullatis haberi volumus, illamque viribus tẽpore futuro penitus euacuamus.

GLOS. IX.

De constitut. abrogata, & an aliquid valeat.

Constitutio aliqua cassatur, & irritatur aliquando in totũ, & aliquando pro parte iuxta l. derogatur ff. de verb. signifi. vnde in præsenti Bulla Paul. IIII. penitus, & in totum tollitur, licet autem regulariter illa non posset amplius allegari ad decisionẽ causarum, iuxta glos. 1. communiter recept. super cap. 1. de constitut. huiusmodi tamen regula multipliciter limitatur, vt adnotant Doct. exponentes d. glos. vbi præcipue Deci. & Felyn.

lyn. vt e.g. si hæc Bulla Pij IIII. in aliqua eius parte reuocaretur in dubiũ, ad eius declarationem, & intelligentiam posset adduci, & allegari dicta Bulla Pauli IIII. cũ lex abrogata possit allegari in argumentum, vt adnot. Deci. in d.c. nu. 12. & Felyn. ibid. nu. 2. post princ.

ADDITIO.

Hæc glos. facit etiam ad intelligentiam contractus nouationis, & secundi testamenti, quando huiusmodi hominis dispositiones reuocãtur in dubium, sicut enim lex noua declaratur per legem abrogatam, ita contractus nouationis per contractum cassum, & secundum testamentũ per primũ ob regul. vulga. quod vbi militat ead. ratio debeat militare ead. iuris dispositio glos. fin. ad c. translato de constitut. sicut enim pars vna testamẽti declarat aliã Deci. in cons. 567. in prin. & cons. 593. nu. 2. ita quoq; hoc idẽ est dicendũ in casu proposito.

TEX.

Volentes, & auctoritate nostra decernentes.

GLOS. X.

Quando causa legis sit assignanda.

Hic Summ. Pontifex incipit adnotare, & decidere quid in futurum obseruari debeat in isto contractu societatis officiorum. Hinc not. quod causa, et ratio legis, quando in illa exprimitur aliquando habetur in princ. legis, vt hic videmus, aliquando vero in fine, & in iure varij adduci possent. text. sed satis erit adnot. c. 1. & c. si quãdo de rescript. Sed quęreret quis; quod nam melius esset. Sol. videtur dicẽdum melius esse in prin. ponere causam, quia ex illa oritur postea, & decisio, & eius intelligentia.

ADDITIO.

Præfationes, & causas esse maximæ vtilitatis videtur vnicuique clarũ ob illam scribentium omnium conclusionem, quod scire sit rem per causam cognoscere, vnde de eis hodie not. Surdum in sua decis. 288. numero 30. & seq. & nouissimè copiose Menoch. in suo tracta. de præsumpt. lib. 6. præsump. 2. per tot. facit tex. in c. intelligentia de verb. signif. & Bar. in tit. C. de nouo C. facien. num. 16.

TEX.

Quod de cætero ipsis Officialibus, super tamen eorum officijs societates quascunque.

GLOS. XI.

De forma istius contractus, & effectu eiusd. etiam societate finita.

Pro intelligentia pręsentis contractus est animaduertendum, quod in Vrbe sunt ordinata, & constituta quędam officia venalia, ex quibus quidam habentur prouentus aliquando maioris, et aliquãdo minoris quantitatis, quorum officiorum emptores communi, & vulg. nomine Equites appellantur, & sicut illa officia diuersa habent nomina, ita etiam isti Equites. Hinc est, quod reperiuntur, & dicũtur Equites Pij, Equites D. Petri, et simil.

simil. Equites autem ex eo videntur ita nominati, quia diuersi Pontifices erexerunt diuersa collegia militũ nominata ad diuersum finem, vt e.g. videri potest. in Bulla 36. Leonis X. Item Bulla. 50. Paul. III. Item Bulla. 5. Pij. IIII. & aliorum: qui quidem Milites, Equites vulg. nominantur, quorum prouentus, cum ex certo officio habeantur, & precio acquirantur; ideo dicuntur emptores huiusmodi officiorum, & cum huiusmodi officia aliquando maioris, & aliqñ minoris sint vtilitatis, vt dixi: hinc est, quod prouentus prædict. dicuntur esse incerti, quamuis prouentus quorumdam istorum militum sint certi, & determinati, vt ex Bullis insuper expeditis clarissime cognoscitur, & quoniam ista adnotasse videtur satis ad propositum institutum. Ideo vlterius procedendo super huiusmodi officijs introductus fuit quidam contractus, qui societas officiorum nominatur, atque sub tali forma celebrari solet, vt quis ponat super huiusmodi officio certam pecuniarum quantitatẽ sub periculo suæ, vel alterius vitæ, et Eques illam recipiendo facit illum participem de fructib. illius officij, qui cum regulariter sint in certi, vt dixi, solent taxari ad rationem decem pro centenario, & cum contractus celebretur aliquando ad commoditatem ipsius equitis, aliquando vero ad commoditatem alterius, ideo in eodemmet contractu requiritur talis declaratio. Natura autem istius contractus talis esse dicitur, vt sicut officium morte Equitis extinguitur, & Eques pecuniam, qua officium emit amittit, ita etiam hoc idẽ contingit de contractu isto, vt videlicet per mortem illius, qui pecuniam dedit (si tamen sub periculo suę vitę illam dedisse constat) et contractus extinguatur, & ille, qui pecuniam dedit illam perdit. De duobus tamen fuit in hac parte sæpe dubitatum, primo quid iuris sit dicendum si ponens pecuniã super d. officio, vel nõ declarauit ob cuius mortem illa amittatur, vel si declarauit nominauit aliam personam, & non suã: secũdo quid iuris sit tenẽdum, si ipse Eques, & non ponens pecuniam decedat. Quo ad primum dicimus in primis esse de consuetudine personam, in cuius vita societas ista celebratur semper nominari, & propterea, vt pecunia ammittatur necesse est, vt persona declarata decedat, secus aliter, atque hoc contingit ob naturam istius contractus. Quo ad secundum, quia dicimus, quod ob mortem Equitis non amittitur pecunia, sed extinguitur societas, vnde deponens illam, nequit amplius fructus habere sub ratione societatis, sed consuetudine Vrbis (vt mihi relatum fuit) inductum est, vt ob moram debitoris loco fructuum habeat interesse, quod est minoris quantitatis, quã fructus, vnde fructus cum sint, vt dixi 10. pro quolibet centenario, interesse vero de consuetudine erunt septem. Hæc omnia an de iure communi possent confirmari vera, habet difficultatem, quia sicut quidam contractus sunt introducti de iure ciuili tantum l. ex hoc iure, & ibi Doct. ff. de iusti. & iure §. ius autem gentium Instit. de iure naturali, & propterea a iure tantum ciuili regulantur: ita etiã ista societas est inducta solum con-

sue-

ſuetudine, & ideo ab ead. conſuetudine regulari debet, dummodo illa rationabilis exiſtat iuxta c.fi. de cõſuetud. licet autem circa hunc contractum multa oriantur dubia vltra adnot. infra tamen ſuis loc. illa, vel præcipua adnotabimus.

ADDITIO.

Contractus iſte debet conſiderari tripliciter, videlicet antequam fiat, poſtquam eſt factus, & quando eſſet finitus: primo reſpectu pecunia debet realiter conſtitui, & poni ſuper tali officio, aliter enim non eſſet contractus ſocietatis officij, ſed alterius ſpeciei, vt clarius infra dicemus in gloſ. 14. at ſecunda ratione nil aliud occurrit, niſi quod ſæpe dubitatur, an ſit legitime celebratus, de qua dubitatione infra ſuo loc. adnotabim⁹ quod iuris: vnde tertio reſpectu, de duobus quotidie dubitatur, primo quomodo finiatur, & de hoc dicemus infra: ſecũdo an in caſu reſtitutionis pecuniæ debitor teneatur ad certum intereſſe. Sol. conſuetudo introduxit, quod in gloſ. legimus, at hodie Rota Roma. definiuit debitorem ſortis pincipal. non teneri ad certum, ſed ſolum ad illud quod creditor probaret. cauſã autem iſtius deciſion. quoniam in ea habetur, ideo non oportet eã hic referre.

TEX.

Cum pactis tamen licitis, & honeſtis, prout, & quemadmodum ante Conſtitut. præfatam.

GLOS. XII.

De pacto diſdictæ tacita renouatione ſocietatis, & certi intereſſe.

Hæc partic. videtur ſuperflua per l. pacta, quæ contra. C. de pactis, & ibi Docto. communiter. Sol. non fuit appoſita iſta particul. ad decidendũ, quod pacta debeant eſſe licita, ſed ſolum ad oſtendendam qualitatẽ cõtractus: hinc eſt, quod inſuper adhibetur fideiuſſor pro obſeruatione cõtentorum in tali contractu, pro vt de iure hoc licitum eſſe conſtat tot. tit. in vtroq; iure de fideiuſſoribus: hinc eſt etiam, quod contrahitur ſocietas iſta cum pacto, vt duret per ſpatium ſex menſium, & poſtea ad beneplacitum, ita tamen, vt tale beneplacitum in caſu reuocationis, reuocetur cum termino 15. dierum, & vulgo dicitur cum diſdicta 15. dierũ, quod quidem pactum, ſecundum communem vſum, dicitur eſſe licitum: dubitatur tamen circa iſtam diſdictã, primo ſi ſocietas iſta eſſet contracta ad ſex menſes tantum, an per tacitũ conſenſum intelligatur refirmata argu. l. item quæritur. §. qui impleto & ibi Bart. & Docto. ff. locat. videtur affirmatiue reſpondendum, cæterum Sol. vt docet Petrus de Vbald. in tractat. de duobus fratribus part 3. nume. 39. verſ. in contrarium facit, cum ibi adduct. ratio autem in ſocietate noſtra illa videtur eſſe, quia cum in ea adſit periculum vitæ, & amiſsionis ſortis principal. videtur propterea neceſſarius conſenſus expreſſus, & ſic, nec etiã obiectio obſtat. Dubitatur ſecũdo an dies termini, in quo ipſa facta

fuit computari debeat in termino; hanc quæst. examinat Gomes. super reg. 4. Cancellar. de infirmis quæst. 37. vltra ipsum tamen per l. 1. ff. si quis cautionib. & ibi Docto. communiter vbi ponitur regul. quod dies termini non computatur in termino vnde videtur negatiue esse respõdendum, confirmatur per c. 1. §. si quis de exception. in 6. vbi ad litteram idem legimus, facit etiã text. in l. vbi lex. ff. de reg. iur. in leg. cum bissexto. ff. de verb. sign. His tñ non obstantibus sol. in quæst. proposita quod terminus debeat considerari de momento ad momentum, quia per dictã disdictam socius disdicens, solum declarat animum suum, quod non intendit amplius stare in societate: confirmatur per authen. hodie de appell. & ibi glo. per l. 3. §. minori, & ibi similiter glo. ff. de minorib. glo. super c. cõcertatione in ver. sciuerit de appella. in 6. Marc. Ant. Bard. in suo tracta. de tempo. vtil. cap. 3. nu. 1. cum simil. regula enim, & iura in contrarium adducta videntur verificari, quando terminus assignatur ad aliquid faciendum, de qua quidem regul. vltra Docto. in d. l. 1. plenissime tractat Tiraq. in suo tracta. de vtroque retractũ §. 1. glo. 11. a nu. 18. vsque ad nume. 66. & sic per plu. col. Duenas in suis regul. reg. 196. 197. Cagn. & Deci. in d. l. vbi Lex. cũ ibi citat. Tertio adhuc posset dubitari an pactum valeat de interesse soluendo, quãdo societas finita esset ob morã debitoris ad eandem rationem, qua illa fuit cõtracta, dicunt quidam in tali casu huiusmodi interesse, non solum vigore pacti, verum etiam nullo modo solui debere, nisi tamen illud in actis legitimè probetur, & clare deducatur. Sol. hæc opinio non videtur omnino iuri cõgrua, quia imprimis clarissimum est quod interesse debeatur ratione moræ. l. mora. §. in bonæ fidei. ff. de vsur. Hieron. Gabriel in cons. 78. nu. 4. vol. 1. & propterea puto hoc de iure esse tenẽdum, quod videlicet debeatur etiam vigore pacti, pro vt idem videtur sentire Gabriel in d. cons. & nu. imo relatum mihi fuit hoc idem de consuetudine obseruari in Vrbe, vt dixi supra in glos. 11. opinio autem contraria posset verificari, si in actis non essent deducta deducenda, cum probari debeat passum fuisse interesse ob moram debitoris, & propterea etiam in pactum a princ. in instrumẽto deduci potest, quia inter species interesse, datur etiam interesse conuentionale Rebuff. Deci. & alij communiter in rubri. & l. 1. C. de sententijs pro eo, quod interest Couarr. lib. 3. variar. resolution. c. 4. nu. 5. ver. septimo ead. Ioan. Bapt. Lup. super l. curabit nu. 125. quod quidem intelligi debet, prout docet Lupus loco cita. nu 126. cum ibi adduct. vbi demõstrat, quod licet pacisci de certo interesse, si postea illud probetur, secus aliter meritò &c.

ADDITIO.

De pacto certi interesse nota, quæ diximus in glos. 15. & additio. ad eã super Bulla de censib. & in superiori addition. ad glos. 11. & cum interesse sit damni emergentis, & lucri cessantis Nauar. in suo commentar. de vsuris notab. 15. per tot. & Io. Bapt. Lup. in sua repet. ad l. curabit. §. 6. per tot.

C. de

C. de action.empt.atque Caietan. su per 2.2.q.78. art. 2. quæreret aliquis an creditor præd.in casu moræ sui de bitoris possit vtrunque petere. Solutio sicut vtrumque de iure permittitur, ita quoque in casu,de quo agimus puto illud idem permissum, cum expresse nullibi reperiatur prohibitum:non expressa enim non nocent l. expressa.ff. de regu. iuris,cum ibi adnot.

T E X.

Solitum erat, etiam nulla a nobis seu Romano Pontifice pro tempore existente desuper expedita supplicatione, seu signatura.

G L O S. XIII.

De requisitis vigore consuetudinis ad istum contractum, & quod cũ alia re cõtractum valeat.

De efficacia consuetudinis nõ est opus aliquid adnotare, cum notoria sit in iure,non est tamen omittendum,quod nos docet Felyn. in cap. 1. ver.noua lex.per plur.col.de tregua,& pace Rolan. cons.99. vol.2. vbi legimus legem non ligare nisi sit vsu recepta,consuetudo autem istius contractus in eo videtur consistere, Primo vt societas ista constituatur super vita alicuius,qui si durante societate periret,& pecunia diceretur amissa per ipsum ponentem,& societas diceretur finita. Secundo vt dicta fiat eo modo, quo adnotatum est supra. Tertio vt pecunia ponatur super d.officio, & ideo ab eo recipit denominationem, hic tamen posset dubitari, an d. societas possit celebrari, cum alia re præter pecuniam: hæc difficultas videtur soluta a Gabriel.in suo cons.81.nu.præsertim 1. vol. 1. quod scilicet etiam cum alia re contrahi possit,confirmatur, quia de iure communi societas potest cõtrahi cum quauis re.l.societas.ff. pro socio Gomesi.in tractat. de contractib.cap.de societa.nu. 2. cum simil. & per d.Bull.vel aliã nihil,circa hoc statuitur,meritò &c.quod enim non est prohibitum videtur de iure permissum l. nec non §. 1. ff. ex quibus causis maior &c. & quoniam plene hoc habetur in d.cons.meritò &c.et propterea ego in quadãcausa isti⁹ cõtractus celebratus cum alia re, tanquam aduocatus obtinui. Quarto, vt fructus taxentur ad rationem 10.pro centenario,an autem talis taxatio de iure fieri possit, non videtur omnino clarum. Sol. quod sit permissa per ea,quæ diximus supra de pacto circa interesse:vbi enim militat ead. ratio debet etiam dari ead. iuris dispositio c.4.de cõfirma.vtili &c.eoque magis taxatio ista in præsenti est permissa,quo iustitia eius ex eo cognoscitur, quod cũ d. offitium in Vrbe reddat prouentus, aliquãdo plures,aliquando vero pauciores,media via eligi debet,quãdo certi essent declarandi,pro vt cõtingit in præsenti iuxta tradita Deci.in c. 1.nu.45. post princ.in 1.lectur. de constit. Ancharan.in cõl.210.fere per tot. cũ simil. meritò &c. Quinto celebrari solet cũ fideiussore, & quoniã in hac parte,aliquid speciale non obseruat,nec etiam aliquod occurrit dubium,ideo non oportet aliud adno.sed remittẽre hanc materiam ad ea,quæ nos docent Doct.de iure communi.

ADDI.

ADDITIO.

Sicut consuetudo introduxit huiusmodi contractum, ita etiam introduxit eiusd. distractum, & propterea sub hoc respectu conuenit hic ad notare, quod sicut contractus iste cō stat ex omnibus suis circumstantijs, si legitime celebrat⁹ fuerit, iux. l. 1. ff. de doli mali except. ita ēt hoc idē puto affirmandum de distractu: hinc puto inferendum, quod in isto distractu solum in vno casu amittitur pecunia, quando videlicet durāte societate decedit persona, in cuius vita illa constituta fuit, vt dicimus in glos. vltra hunc casum societas ista diuersimode finitur, & semper Eques, vel alius sub eius nomine tenetur ad illius restitutionem, de hisce autem modis sæpe quæsitum fuit quid iuris, & præcipue si offitium fuerit per Equitem alienatum, vnde in hoc casu ego sum solitus respondere cum distinctione, quod si offitium ita alienatur, vt non extinguatur, sed in alium transferatur tunc societas nō esset propterea finita, quia officium dicitur transisse cum suo onere iuxta l. fin. & ibi Bald. Sali. & alij C. fine censu, & per tot. Docto. in clemen. fin. de censib. si vero officium per modum exstinctionis alienetur, secus est dicendum argumento text. Bullæ Pij V. de censib. & ibi glos. 22. & addit. ad eam.

TEX.

Non tamen vltra valorem officiorum, super quibus illa fieri continget.

GLOS. XIIII.

De societate prohibita, vltra valorem officij, & sine ea.

Si ille, qui ponit pecuniam super huiusmodi officijs posset percipere omnes fructus ex illis percipi solitos Eques nihil sibi retinet, & cōsequenter tale officium esset sibi frustratorium, quod non videtur rationi conueniens, & sic Bulla Pauli IIII. in debite videtur in hac parte reuocata, Sol. non est inconueniens, vt Eques retineat officium, quia licet ex eo nō habeat fructus, habet tamen alias cōmoditates, præterea cum societas sæpe extinguatur, vel morte, vel consensu deponentis pecuniā⁹ officium plene reintegratur, hic tamen dubitari posset an licitum sit ita contrahere, quod quidam conueniant inter se, vt vnus det alteri certam pecuniarum quantitatem super vita propria, ita quod inde ob periculum vitæ in se susceptū posset aliquid lucri percipere per illud tēpus, quod esset à partibus definitum, et statutum. Sol. in primis talis contractus esset maxime diuersus à d. societate, & meo iudicio diceretur innominatus, esset etiā de iure licitus, præsuposito tamen lucrū præd. non transcendere debitum iustitiæ, quando enim contractus illud continet, vt ex eo qualibet pars habeat commodum, & incommodum, pro vt de iure requiritur, sine dubio debet reputari licitus iuxt. cōmuniter tradit. in c. nauiganti de vsuris, vbi præcipue videndus est August. Bero. nu. 46. 47. qui ad litteram videtur examinare, & decidere casum propositū

cum rationes ibi adno. faciant ad literam in casu nostro merito &c. præterea si contractus onerosus esset illicitus, & iniustus reputandus, id cõtingeret, vel quia nõ essent obseruata, quæ sunt de substantia contractus, vel non essent obseruata, quæ sunt de substantia iustitiæ; licet enim in contractibus quædam dicantur substantialia quædam accidentalia, & quædam naturalia Bar. in l. vbi donatur. ff. de donat. causa mort. Bero. in d. c. nu. 29. & seq. cum simil. ad præd. tñ duo capita singula reducũtur, vnde in casu proposito, nec defectus contractus, nec defectus iustitiæ reperitur, vt in facto præsuponitur, ideo idem, quod supra est dicendum. Sed si dubitatur an contrahentes, voluerint contrahere contractũ d. societatis vel d. contractũ innominatũ, quid erit agendum. Sol. ad côiecturas meo iudicio esset recurrẽdum, & secundum illas iudicandum arg. conclus. 2. ipsius Gabriel. tit. ad Trebellian.

ADDITIO.

Licet de iure societas ista contrahi nequeat vltra valorem officij, vt hic legimus, quoniam tamen de facto ita contrahitur aliqñ scienter, & aliqñ ignoranter. Ideo sæpe quæsitũ fuit quid iuris: dubium est graue ob lucrum pecuniæ propter mortẽ alterius, in cuius vita illa posita fit: in foro enim conscientiæ puto casum esse satis clarum, cum in eo non attendãtur solemnitates iuris, sed ipsa veritas iuxta ea, quæ diximus ad Bullam Pij V. de censibus, glos. 8. & in addit. ad eam; hinc est, quod contrahẽtes, vel alter eorum aliquando est tutus, & aliquando peccat, secundum qualitatem casus contingentis: in foro autem fori oportet distinguere, & hæc distinctio facit etiam pro Confessoribus, qui tenentur credere ipsis pœnitentibus iuxta tradit. ad c. signi ficasti in verb. credendum vna cum text. de homicid. aut igitur sunt ambo scientes officium non esse capax, aut ambo ignorantes, aut vnus est sciens alter ignorans: in primo casu sicut vterq; deliquit, ex quo facit cõtra legem scienter, ita etiam debet puniri cap. sicut eod. de homicid. l. aut facta in princ. ff. de pœnis: in secundo vero vterq; excusatur, cũ ignorantia ista sit facti, & propterea excuset c. ignorantia de regul. iur. in 6. & nos diximus in nostro tracta. de Subreption. rescript. quæst. 10. In tertio denique sicut alter est in dolo, ita iste solus per eadem iura puniri debet iuxta ea, quæ diximus infra in glos. 17. Cæterum quæreret aliquis qualis debeat esse ista pœna: secundo an d. pecunia sit in aliquo casu de præd. acquisita propter mortem personæ in cuius vita illa posita erat. Quoad primum puto illam esse arbitrariam, cum ab aliqua constitut. non habeamus eam declaratam, & definitam, & ad hoc facit d. l. aut facta, & d. c. sicut, vt etiam diximus infra in glos. 16. Quoad secundum ob formã Bullæ non seruatã in foro fori puto pecuniam non esse amissam; Eques tamen esset obligatus ad omne damnum, & interesse ob reg. vulga. quia scienter dedit causam us damn isti, vt infra clarius dicem⁹; dico in foro fori,

fori, quia quoad forũ poli debemus cõsiderare quod diximus in glos.

T E X.

Ita quod ad requisitionem secum societates contrahentium, teneantur in ipso contractu specialiter exprimere alias societates super eodem officio contractas, si quæ sint.

G L O S. X V.

De requisitione capacitatis officij, & societate vltra illius valorem contracta.

Not. quod si vltra valorem supra in ver. non tamen, & ibi adnot. societas contrahi nequit, ergo frustra videtur hæc decisio, vt requiratur alterius contrahentium requisitio, vt hic legimus. Sol. si potest celebrari cõtract⁹ ad periculum vitæ, vt vidimus supra in glo. 14. & partes intendant contrahere. d. societatem, videtur propterea necessaria præd. requisitio, sed quid sit dicendum in dubio, ita quod in contractu nihil appareat de ista requisitione, vt sæpe contingit. Sol. ex quo nemo præsumitur aliquid facere contra legẽ l. merito ff. pro soc. c. fi. de præsumption. Ideo dicendum est, quod officium præsumitur capax, aliter enim Eques promisisset fructus sui officij dare, & tradere, quos dare non posset, quod non est dicendum, nec præsumendum. Sed quid iuris esset, si de facto contracta esset societas ista, vltra tamen valorem præd. officij. Sol. vltra id, quod supra adnot. puto esse distinguẽdum, quia aut fuit contracta societas ista scienter, aut ignoranter: primo modo deciditur in hac partic. quid iuris: at secũdo movetur de iure dicẽdũ, quod fructus solui debeant, vel sub ratione istius socitatis, cum officium in dubio præsuponatur capax, vel sub ratione alterius contractus, de quo diximus supra in d. glo. 14. Dixi autem in hac particul. definiri, quid iuris, si scienter societas sit contracta vltra valorẽ officij, quod est verum facta requisitione, sed quid iuris erit si scienter contraxerunt, & noluerunt. d. requisitionem facere. Sol. casus videtur omissus à Bulla, vnde de iure respondéri potest, quod partes deliquerunt contrahendo contra tenorem Bullæ et ideo sub hoc respectu possent etiã de iure puniri ob vulga. regul. quod præuaricatores legib. coerceri debeant can. in his dist. 11. Doct. in l. non dubium. C. de legib. cũ similib. at quo ad ius recipiendi, & retinendi fructus talis societatis posset dubitari per d. l. non dubium. C. de legib. primo enim videtur negatiue esse respondendum, ex quo enim isti commisserunt in legem, non debent iuris beneficio gaudere c. fi. de immunita. In contrarium tamẽ facit, quod diximus supra in glos. 14. de altero contractu ad mentem Beroi; ex quo enim nec iustitia, nec partes aliquo modo læduntur, nec damnificantur, videtur propterea d. legem in hoc casu esse limitandam, cum aliud sit peccare circa modum contrahendi, & aliud circa modum recipiendi, & retinendi: in casu enim proposito partes peccauerunt primo modo, secus secũdo merito &c. Hæc autem dubij solut. videtur vera, si aliquãdo constat partes

tes

ter voluisse cōtrahere iuxta id, quod in d. glos. 14. diximus, secus aliter, et propterea si voluerunt contrahere super officio, & illud vel non adest, vel nō est capax cōtractus esset nullus ob voluntatē contrahentiū, et cō sequēter daretur ius repetendi sortē princ. & fructus non deberentur & ideo ad coniecturas esset reccurendum, vt supra diximus.

ADDITIO.

Quæ in hac glos. habentur de societate cōtracta vltra valorē offitij sunt coniungenda cum ijs, quæ supra adnotauimus de ead. re in addition. ad d. glos. 14. vlterius autem adnotari debet, quod requirere aliquē ob diuersum finē fieri potest, qui quidem finis, sicut reducitur ad scientiā, & ad operationem, ita etiam ista requisitio, seu intentio fieri debeat ad hoc, vt quis aliquid sciat, & propterea legimus, quod quando ille est certus non oportet vlterius certiorari l. item veniunt. §. petitam. ff. de petit. hæredi. et aliquādo ad hoc, vt aliquid faciat, vel non faciat Bart. in d. §. omnino viden. & Caballin. in suo tract. de Euictio. §. 3. quæst. 1. per tot. Hinc not. quod requisitio, de qua in præsēti partic. potest verificari sub vtroq; respectu secundum diuersitatem casuum.

TEX.

Et si eas falso negauerint, vel expresserint in toto, uel in parte pœnā priuationis offitiorum ipsorū, super quibus societates huiusmodi contractæ fuerint.

GLOS. XVI.

De pœna delinquentiū circa societatem.

Clarissima est iuris cōclusio, quod qui committit in legem, non debet gaudere beneficio illius d. l. non dubium C. de legib. c. fi. de immunitat. cū vulg. & propterea conuenienter hic facta fuit decisio in casu proposito: dubitari tamen posset cum in præsenti puniatur Eques requisitus per requisitionem supra adnot. de qualitate eius officij, an etiam ipsi contrahentes similiter puniri debeant, & qua pœna si delinquent circa eandem societatē. Sol. clarissimi est iuris, quod præsupposito delicto debeant puniri, quia interest Reipub. ne delicta remaneant impunita cap. vt famæ, & ibi glos. in ver. impunita. de sententia excommunic. qua autem pœna sint puniendi, dubium est, cum per præsentē Bullam aliter non prouideatur vnde in huiusmodi casibus videtur verificari decisio l. recipiendum l. aut facta ff. de pæni. cap. sicut de homicid. cum simil. secundum qualitatem enim transgressionis pœna imponi debet, ne vna sit maior altera, & ideo in illius impositione circūstantiæ ipsius facti sunt considerandæ, pro vt in d. iuribus deciditur. Hæc autem solutio veniret limitanda in illo casu, in quo pœna transgressionis reperitur definita ab aliqua lege communi, vel extrauaganti, quia in arbitrio iudicis illa pœna dicit esse posita, quæ a lege non est statuta Aegid. Boss. in in sua pract. crim. tit. de pœnis nu.

C 23. pro-

23. probatur in l. 1. fere in fin. ff. de effractorib. cum simil.

ADDITIO.

In hac particul. de duobus dubitatur primo an hæc pecunia habeat locum si Eques non fuerit requisitus de qualitate sui officij: secundo quomodo contrahētes possint delinquere. Quoad primū puto negatiue esse respondendū ob vulg. Criminalist. cōclusion. qua cauetur dubia in materia criminali esse interpretanda, vt euitentur delicta, vel diminuantur, vt nouissimè docet Menochi. in suo tracta de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 21 nu. 6. l. penul. ff. de pœnis, et c. in pœnis de reg. iur. in 6. Quoad secundū adnotauimus supra in glos. summę diuersa requisita ad hunc contractum, vnde in primis possunt delinquere in quolibet eorum: secūdo sicut quilib. contractus dependet a septem circūstantijs, vt diximus in additi. ad fin. glo. Bull. de Censib. ita quoque circa eas delictum committi potest, & cū ea, quæ in d. addit. habentur faciant etiam ad præsentem locum, ideo nō videtur necessarium hic aliud adnotare.

TEX.

Sine tamen præiudicio creditorum.

GLOS. XVII.

De interesse creditorum tā durante d. societate, quā illa finita si ab Equite decipiantur.

Hoc præiudicium diuersimode cōsiderari potest, primo durante d. societate, & sic an fructus debeant solui ad rationem fructuum cōtractæ societatis, & sic puto de iure dicendum, pro vt dixi supra in glo. 15. secundo finita societate, & tunc vel quo ad sortem principal. præsupposito tamen, quod talis sors non sit amissa per mortem illius, in cuius vita societas contracta fuit, & tunc intelligitur sine præiudio, vt etiā practica obseruat; vel quo ad fructuum perceptionem, & sic in primis videtur dicendum, fructus non esse soluendos ad rationem fructuum societatis, quia cū præ tendantur solum ratione interesse, consequenter sicut sunt alterius naturæ, itaquoque alterius debent esse iuris, & obligationis: an autem tale interesse debeatur: relatum mihi fuit, Rotam Rom. nō semel decidisse (pro vt postea decisiones manu scriptas vidi) illud non deberi, ex quo in actis nō fuit deductum, ita specifice, pro vt de iure deduci debebat; puto tamen quod quando debitor esset in mora soluendi sortem principalem, & creditor ob moram fuit passus aliquid damni emergentis, vel lucri cessantis semper tale interesse debeatur D. Thom. communiter recep. in 2. 2. q. 78. ar. 2. ad primum & ibi Caietan. plene id explicat, non tamen semper in pactum deduci potest, cū solū super damno, nō aūt super lucro pasci possit iux. adnot. in glo. 12. Decision. autem Rot. Rom. puto verificari in casu, in quo fuit litigatum, et creditor non probauit specifice suū prætensum interesse damni emergentis, vel lucri cessantis, pro vt de iure probare debebat, vt supra quoque adnot. sed hic dubitatur, & quæritur

quid

quid iuris, an debitori competat ius repetendi, si de facto soluisset prædictum interesse, non sub ratione interesse quod dicitur in Vrbe vsu esse declaratum, vt sit septẽ pro centenario, sed sub ratione fructuum d. societatis, & sic 10. pro centenario, si .n. repetitio esset admittenda darẽt ad tria pro cẽtenario. Sol. videt̃ de iure huiusmodi repetitionem esse admittendam iuxta l. 1. & ibi Doct. & præcipue Bart. ff. de condiction. indebit. c. fin. & ibi canonist. de solution. per ea enim, quæ supra dixi, etiã in alijs glos. videtur de iure clarum, quod debitor, quo ad ista tria nõ erat ciuiliter, nec naturaliter obligatus: nõ ciuiliter, quia contractus societatis præsuponitur finitus, societate extincta, non naturaliter, quia ob eius moram solum ad interesse erat obligatus iuxta tamen ea, quæ supra adnot. illa autem tria, cum sint vltra ipsum interesse, vt cõstat p deducta merito &c. Hanc autem quæsiti Solut. iudicarem esse limitãdam, si debitor soluisset pred. tria indebita scienter, secus vero si ignoranter iuxta decision. d. l. & ibi Bart. quia qui scienter soluit in debitum dicitur donare, & consequẽter nõ posset repetere, vt in cita. loc. plene habetur.

ADDITIO.

1 Ad hanc glos. addi debent etiam ea, quæ adnotauimus supra ad glos. 14. ex hac partic. placet etiam inferre, quod quando Pontifex Pius V. in eius Bulla de censibus vers. 33. dixit pecuniam esse a Fisco vendicandã. si census legitime celebratus non fuerit iux. ibi adnot. intelligi debeat iux. præsentem particul. ne videlicet creditores recipiant damnum: conueniẽtius enim videtur factum (prout hic legim') quod potius Fiscus debeat tali poena priuari, quã damnificari priuatos, siquidem Fiscus tractat de lucro acquirendo, priuati vero de damno euitando.

TEX.

Quatenus aliunde illis satisfieri non possit.

GLOS. XVIII.

Qua actione creditores agere debeant pro eorum interesse.

Obseruo in iure inter alias actionũ distinctiones reperiri ẽt istam videlicet, quod actio alia sit directa, alia vero subsidiaria iuxta §. penul. institu. de satisdat. tutor. & curat. & ibi glo. & Doct. tot. tit. C. de magistra. conueniend. cum simil. vnde in præsenti Summ. Pontifex ex quo priuat equitem suo officio, si requisitus de illius valóre falsum dixerit, vt hic legimus, & supra adnot. idque fecit sine præiudicio creditorũ, volens suam intentionẽ melius declarare addidit hanc particul. per quã videtur significare, quod si creditores non possent suum præiudicium euitare actione directa ab eo vel eis, & qui obligati essent valerẽt agere aduersus predictum officium actione subsidiaria, atque ista videtur intelligentia istius particul. saluo tamen saniori iudicio.

ADDITIO.

Quærunt docto. in rubri. de iudic. an pœna debeat applicari Fisco, vel parti: quæ difficultas potest definiri ponderando hanc particulam, siquidem quando creditor potest sibi satisfieri pro suo interesse, & vlterius Eques suo officio priuari ob delictũ, vt supra commissum, in tali casu verificatur quod habetur supra part. 16 ratio autem illa videtur esse, quia hoc delictum videtur publicũ ratione officij: hinc not. interesse priuatũ esse aliquando præferendum publico; quando tamen vtrique prouideri nequit, & ratio illa assignari potest, quã supra adnot. in addition. ad glo. præceden. 17.

TEX.

Ipso iure incurrant.

GLOS. XVIIII.

De sententia declaratoria sententiæ iuris.

Requiritur tamen sententia declaratoria, qua declaratur factum fuisse tale, quod societas sit contracta contra formam Bullæ c. cum secundum leges. de hæretic. in 6. & ibi Docto. Gabriel in suis conclus. tit. de maleficijs conclusion. 12. de intelligentia autem istius clausul. vide Abba. in c. si diligenti nume. 18. de foro competenti, & plenissime Tiraq. in l. si vnquam in verb. reuertatur per plures col. C. de reuocand. donation. & nos diximus super gl. ad Statut. Perusin. de compromiss.

ADDITIO.

Quoniam contrahentes possunt delinquere circa hunc contractum, non tantum respectu cuiuslibet requisiti, sed etiam ipsarum circumstãtiarum, vt diximus supra in addition. ad glos. 16. Ideo quæreret aliquis, an pœna ipso iure imposita verificetur respectu cuiuslibet delicti. Sol. puto negatiue esse respondẽdũ: primo ob rationem supra in alia addit. relatam, quia videlicet interpretatio est facienda ad fauorẽ rei: secundo quoniam odiosa sunt restringenda capit. Odia de reg. iur. in 6. cũ ibi adnot.

TEX.

Et nihilominus tam ipsi, quam fideiussores desuper præstiti ad satisfactionem societatum, & debitorum desuper contractorum teneantur, & obligati existant, facere, & inire, ac pecunias recipere, & contractus desuper celebrare.

GLOS XX.

De obligatione contrahentiũ etiã publicato officio.

Cum Summus Pont. priuet Equitẽ suo officio ob transgressionem de qua diximus supra, atque id faciat sine præiudicio creditorũ, in hac partic. videtur declarare huiusmodi præiudicium, & ideo dicit, quod tam ipse Eques, quam eius fideiussores non obstante d. pœnæ impositione remaneãt, & sint obligati, prout antea erãt, & propterea tenentur satisfacere ita, & taliter, ac si talem pœnam passi nõ essent: hinc not. quod pœnæ impositio

positio semper fieri debet sine præiudicio habentium interesse, quia sicut per delictum videtur læsa Respublica, & persona particularis, ita quoq; in casu satisfactionis vterque fatisfieri debet: de qualitate autẽ obligationis istarum personarum, non est opus hic aliud adnot. cum supra suis loc. id obseruatum fuerit.

ADDITIO.

Adnot. Docto. in cap. de his de accusation. quod delinquentes offendunt Deum, eius Ecclesiã, Rempub. proximum, & se ipsos, diuersa tamen ratione; ex qua distinctione habemus iure optimo hic statutum esse præd. Equitem, seu alium contrahẽtiũ remanere obligatum, quamuis officium esset publicatum, siquidem pœna a Fisco imposita, non tollit ius tertij, ne alteri, per alterum inferatur iniqua cõditio vulgati. l. nõ debet. ff. de reg. iur. & ibi docto. sicut enim in pœnalib. delictum suos tenet Authores c. 2. & ibi glos. fi. de his, quæ fiunt a maior. part. cap. ita etiã in ciuilib. ille est obligatus, qui promisit l. 1. §. si conueniat. ff. depositi, vel qui est in mora capit. mora. de reg. iur. in 6. & in istis loc. docto.

TEX.

Qui aliàs tamen legitime initi, validi, & efficaces existant.

GLOS. XXI.

Declarantur diuersa dubia, quæ occurrunt circa formam istius cõtractus.

Qualis erat iste contractus ante constitut. & Bullam Pauli IIII. difficilis videtur esse cognitionis, quia ex quo fundatus erat, & est in consuetudine, prout etiam supra adnot. atque illa consuetudo non est vndique nota. Ideo nec iustitia istius contractus est omnino cognita, cæterũ si ex forma istis instrumenti, quæ habetur in Formulario instrumentorũ Vrbis, cognosci debeat iustitia eius, obseruo, quod de nonnullis posset dubitari ex contentis in d. forma. Primo enim legim^9 in illa, qualiter A, & B, coiuerãt inter se societatẽ super officio, &c. vnde dubitari potest an vere, & proprie iste contractus sit societatis. Secundo legitur, quod talis societas sit libera, & exempta ab omni onere ordinario, & extra ordinario &c. vnde quæritur an hoc pactum sit licitum. Tertio legitur, quod quomodocunque sit finita societas, fructus solui debeant ad eand. rationem societatis videlicet 10. pro centenario, vsque ad integram restitutionẽ sortis principalis: vnde dubitatur an hoc aliud pactum sit de iure vallidum. Quarto habetur non solum in ead. formula, sed etiam in qualibet alia, quæ alibi celebratur, quod cum per mortem illius, sub cuius vita societas contracta fuit pecunia, & sors princ. amittatur, declaratur, vt id intelligi debeat de morte naturali tantum non autem de violenta; vnde posset dubitari an ista declaratio sit legitima. Quinta legim^9 in ead. formula, quod potest nominari alia persona, sub cuius vitæ periculo societas dicatur cõtracta, licet autem de hoc supra sit dictum in alijs glo. dubitari tamen posset, an ista declaratio fieri valeat post contractam societatem. Sexto habetur

tur ibidem, quod declaratio notificari debeat per intimationem, quæ valeat etiã domi dimissa copia, an aũt talis citatio sit sufficiens, dubium est in iure. Ideo quæritur in omnibus quid sit dicẽdum: hæc sunt præcipua dubia, quæ occurrunt circa intelligentiã d. formulæ, si autem aliquid aliud erit adnotandum ad illius declarationem adnotem. in glo. quas super eadem edere intendimus: vnde descendendo nunc ad solutionẽ dd. dubiorum dicimus ad primum more glos. quod iste contractus sit nominatus, & talis naturæ, videlicet do, vt des, cũ sit a iure Canon. extrauaganti inuentus, & constitutus, congruum nomen non fuit inuentum ad illum proprie nominandum; vocatus autem fuit contractus societatis ob similitudinem, quam habet potius cum societate, quã cũ quolibet alio: dicit enim Sot. lib. 6. de iusti. & iure quæst. 6. ar. 2. in fin. quod si contractus iste debet reputari licitus, id contingit, vel sub ratione Census, vel sub ratione societatis, vnde cum magis sub ratione societatis, quam census eius iustitia substineat, vt mea fert opinio, merito &c. His accedit, quod ad cõtractus in iure explicatos reduci nequit, si singulorum naturæ fuerint cõsideratæ, nisi ad contractum societatis, ex quo similitudinem habet cum ea, merito &c. Ad secũdum dicimus, quod si Princeps imponeret aliquam collectam super huiusmodi societatibus, vigore istius pacti teneretur qui pecuniam accepisset, quod non videtur iuri conueniens per regul. qui sentit de regul. iu. in 6. Sol. vel dicas hoc pactum regulandum esse a priuilegijs concessis Equiti in acquisitione officij pred. & cum regulariter huiusmodi officia habeãt immunitatem, ideo etiam ille, qui pecuniam ponit super tali officio ead. immunitate gaudere debet: vel dicas secundo quod qualitas societatis esset cõsiderãda, quia si facto calculo de damno, & lucro, & stante tali pacto, nec pars, nec iustitia lædatur pactum esset licitum, secus aliter iuxta l. pacta quæ contra & ibi Doct. C. de pactis merito &c. Ad tertio p ea, quæ supra in glo. 17. sunt adnot. videt istud pactũ esse damnandum, quia finita societate solum interesse pretendi potest, vnde Solut. de iure talis videtur assignanda, videlicet quod tale pactum sit licitum, dũ modo creditor probet post moram debitoris, quod vere tantum erat suũ interesse, vt docet Io. Bapt. Lup. in sua repeti. super l. curabit §. 6. nu. 126. C. de action. empt. & nos supra adnot. in glos. 12. sed consuetudo aliter obseruat; posset etiam hoc pactum confirmari licitũ per ea, quæ adnotauimus supra in glos. 14. sed cũ diuersimode pactum istud fieri possit, ideo hæc Solut. posset quoque aliquando limitari. Ad quarto respondetur per text. in capit. ne captandæ in prin. de concess. præbend. & in §. poterit institu. can. de collat. sicut enim occasio captandæ mortis omnino euitari debet, vt in d. locis statutũ legimus, ita etiam ad eand. occasionẽ euitãdam conuenienter adhibetur in contractu isto præd. pactum; si enim aliter esset daretur occasio præd. cõtra d. iura merito &c. Hic tamen vlterius quæritur, an mors ista violenta extendatur ad mortem illatã per ministros

nistros iustitiæ. Sol. puto extendendam, quia contrahentes videntur voluisse excludere omnem mortem, præter naturalem; violenta enim repugnat naturæ, & voluntati, cum contrarietur ordini naturali, est tamen adhuc cogitandum ob casuum diuersitatem. Ad quintum cum distinct. puto esse respondendũ videlicet aut contractus fuit cum tali pacto, vt liceat declarare talem personã, & tunc nisi fiat cum fraude, & damno alterius partis, iudicarem ipsum esse licitum, cum non sit contra bonos mores, & quod non reperitur prohibitum censetur promissum l. nec non §. quod eis ff. ex quibus causis maior. Gabriel in consf. 81. vol. 1. nu. 1. aut fuit celebratus simpliciter, & sine tali pacto, & tunc oppositum iudicarem esse tenendum, quia postquam cõtractus est celebratus non videtur licitũ alicui parti, parte inuita aliquid addere, vel detrahere arg. l. sicut C. de action. & obligat. l. ad emptione ff. de pactis. Afflict in sua decis. 280. nu. 1. cum simil. Ad sextũ, & vltimũ cum in iure, & in causa ciuili citatio, seu intimatio alia sit personalis, quia personæ præsentatur, & alia ad domum, quæ fit cum dimissione cedulæ cap. causam, quæ. & c. fin. de dolo. & contumac. & persona semper est citãda si inueniri posset glo. super d. cap. causam quæ in verb. ad domum. in dubio proposito quæritur, an istæ duæ citationes æquiparentur. Sol. videtur decidẽdum, quod præsupposita diligentia illius nuncij, per quem fit citatio istæ duæ citationes videntur æquiparatæ, aliter enim daretur occasio committendi fraudes: ista autẽ diligentia ex eo cognoscitur necessaria, quia legimus in d. c. fi. hæc verb. & si non poteris inueniri, faciant vt citationis edictum &c. quæ verba cũ in hoc sint clara merito &c. De huiusmodi æquiparatione cũ alias diximus super Statut. de execut. instrũmetorũ, in preséti vlteri^o nõ insistã.

ADDITIO.

Ad primum dubium not. etiã quæ diximus supra in additione ad glos. summæ. Ad tertium adde, quæ habentur supra in addition. Ad glos. 13. Ad quartum puto vlterius animaduertendum, quod mors licet triplex reperiatur, vt in glos. dicitur, dubitatur tamen quid iuris in casu dubio, potest enim contingere aliquẽ reperiri mortuũ, & ignoratur qua morte. Sol. puto dicendum præsumi mortuũ morte naturali, quia si præsumeretur mortuus aliter præsumeretur aliquod delictum, vel quasi, & cum delicta non præsumantur, vt est vulga. iuris conclus. meritò. Sed quid iuris, si mors successerit casualis. Sol. placeret pecuniam non esse amissam per ea, quæ habẽtur in glos. ad quæ me remitto.

TEX.

Et executioni demandari debeant libere, & licite possint, & valeant.

GLOS. XXII.

De executione istius contractus.

Hæc Bulla in hac particul. dupliciter interpretari potest, primo ex quo

non dicit quomodo contractus iste executioni demandari debeat. videtur propterea intelligenda secundum ius commune ad hoc, vt iura iuribus concordentur, pro vt concordari debent cap. cum expediat de electíon. in 6. l. 1. C. de inoffic. dot. & cum de iure cõmuni instrumenta nõ habeant executionem paratam, vt nouissime docet Mathe. Coller. in suo tracta. de executione obligat. ciuil. parte 3. cap. 2. nisi in certis casibus. Ideo executio ista non esset concedenda nisi prius cognitis viribus ipsius instrumẽti iux. ordinem iuris: secũdo si verba cum effectu sunt intelligenda, pro vt intelligi debent cap. relatum, & ibi glo. not. de cleri. non residen. cum ibi aduct. videtur dicendum, quod Sũm. Pontif. voluit per hanc particul. aliquid addere iuri communi, et consequenter, quod iste contractus habeat executionem paratam, vt contractus guarantigiatus. Licet autem contrahentes soleant hunc contractum celebrare ita, & taliter quod sit celebratus cum obligatione Camerali, & cũ clausul. illius contractus, qui dicitur in forma cameræ; si tamen aliquando contingat ipsum simpliciter celebrari vigore istius Bullæ in ista particul. iux. hanc secundam intelligentiam, quam puto iuri magis congruam, simpliciter executionẽ haberet paratã; salua tamẽ saniori interpretatione.

ADDITIO.

In isto contractu duo considerari debent, primum est instrumentũ, seu scriptura, qua ille celebratur, et sic de de ea non videtur intelligenda hæc particula quid autem sub hoc respectu adnotari possit diximus in addit. ad finem glos. Bullæ Pij V. de censib. secundum vero est natura istius obligationis, & sic aut fuit a contrahentibus specialiter prouisum, & tunc sumus in claris, ob illam vulg. iuris conclusionem, qua cauetur, quod prouisio hominis facit cessare prouisionẽ legis l. fin. C. de pactis conuent. si vero prouisum non fuerit, tunc videtur verificandum quod in præsenti glos. habetur. Quæ autem exceptiones admittantur, non oportet hic aliter declarare, sed recurrẽdum est ad Docto. in c. ex parte il. 2. de offic. iudi. delega. vbi præcipue Deci. & Felyn. sunt adnotan.

T E X.

Licentiam, & facultatem concedimus per præsentes.

GLOS. XXIII.

De iuribus obseruandis circa hũc contractum.

Per hanc particulam videtur dicẽdum, quod iste contractus præsuponatur introductus a consuetudine, & per hanc Bullam, cum per eam sit approbatus, ex quo cõceditur licentia cõtrahendi huiusmodi societates iuxta tamen ea, quæ supra suis loc. sunt adnot. vnde not. quod cum consuetudo ista debeat dici Ecclesiast. & sit pars iuris Canonici §. fi. instit. can. de iur. can. cum tit. seq. per tot. videtur tamen extrauagans, cũ non multi sint anni, quod initium habuit, ideo quæ hic adnot. videntur concordari cum eis, quæ supra in alijs glo. diximus. Dicit etiã licentiã concedimus etc. quia

quia cum proprium sit superioris docere, inferioris vero, & subditi doceri, hinc est, quod superiorum ordinationes sunt seruandæ, vt communiter docent. Canonist. in c. 1. de constitut. licet quædam reperiantur, per modũ præcepti, quædã vero per modum consilij can. fin. 14. q. 1. cum simil. not. tamen quod sicut superiores sunt plures, & habent ordinem inter se, & ideo inter eos datur Hierarchia, ita quoque obseruãtia præd. est ita attendenda, vt prius ordinationes superiorum deinde inferiorũ attẽdi debeant c. non semper. 11. q. 3. Omphal. in sua pollit. ciuil. lib. 3. c. 1. nu. 9. vsque ad nu. 17. D. Thom. 2. 2. q. 104. ar. 5. & Turrecrema. lib. 2. de Eccles. c. 48. 49. vnde cum author istius Bullæ sit Summ. Pontifex. vt notorie constat, atque ipsa rationabilis existat, ideo dubitari nequit circa eius obseruantiam, respectiue tamen cõsideratã, not. vlterius quod illud possumus, quod de iure possum⁹. & propterea inter virtutes eius est permittere l. legis virtus ff. de legibus D. Tho. 1. 2. q. 92. ar. 2. facit cap. scisci tatus de rescript. cum simil merito &c.

ADDITIO.

Ponderando verba istius particul. dicimus hanc Bullam esse permissiuam, cum permittat celebrari hunc posset limitari iuxta ea, quæ diximus supra in glos. 14. vlterius hoc idem puto dicendum quoad vtrumque forũ; ita tã quod in foro poli quædam solemnitates extrinsecæ non requirãtur iuxta ea, quæ diximus etiam passim in glos. & addition. ad eas super Bulla de censibus: hinc est, quod quædam officij societates habent locum in vtroq; foro, quædam in altero tantũm.

T E X.

Dicta Constitutione, cæterisque in contrarium quomodolibet facientibus non obstantibus quibuscunque præmissorum omnium, & aliorum, hic forsan necessario exprimẽdorũ tenores pro pleno, & sufficienter expressis habentes.

G L O S. XXIIII.

De clausul. irritante, & solutione quorundam quæsitorum, quæ Authori fuerunt proposita.

Bulla Pauli IIII. cum fuisset quędã constitu. generalis, vt ex lectura eius cognoscitur, in præsenti non erat necessarium de illa mentionem facere cap. 1. de constit. in 6. & propterea hæc particul. videtur superflua. Sol. vel mentio ista fuit hic facta, quia intentio præcipua ipsius Põtificis fuit illam reuocare, & abrogare, vel quia ista particul. apposita fuit respectu

clausul. nos alibi quædam adnotauimus videlicet, in glo. super Statut. de compromiss. & de sucession. mulierum stantibus masculis. Ideo in præsenti non puto conueniens aliud adnotare. Dum hæc scribebam, & adnotabam quidam Procurator interrogauit me de duob⁹, primo vnde cognosci possit, et debeat fructus istius societatis esse decem pro quolibet centenario, & an idem sit dicendum de interesse, postquam illa finita esset, in casu tamen, in quo sors veniret restituenda. secundo an in isto societatis contractu possit apponi, hoc pactum, vt statim, & immediate, quo societas est disdicta sors principalis dicatur salua, ita quod nõ sit necesse, vt ille, in cuius vita societas contracta fuit superuiuat per 15. dies a die disdictæ. Ad primum dedi responsum per ea quæ supra adnot. ex quo enim fructus officij sunt adeo incerti, vt aliquando sint plures; & aliquando sint pauciores, ad euitandas lites potuerunt partes mediam viam eligendo iuxta doctrin. Deci. in cap. 1. nu. 45. post princ. in prima lectu. de constitutio. & Anchara. in conf. 2 10. fere per tot. declarare, & limitare d. quantitatem ad d. rationẽ coniungendo enim extrema, & totũ postea diuidendo cognoscitur illud medium, & consequenter habemus modum, & viã cognoscendi d. quantitatem, prout petitum fuit, quæ quidem ratio, cum non militet in ipso interesse, Ideo de eo nõ puto posse dari aliquam regulã ad illud cognoscendum, nisi dicamus, prout diximus supra in glos. 17. argum. l. precia rerum ff. ad l. Falcid. & in glo. 21. vers. ad 3. Ad Secundum quæsitum dicebam, quod meo iudicio opus erat distinctione, quia quæsitũ aut erat soluendum de iure communi, & tunc tale pactum videbatur licitum, tum quia nõ apparebat esse contra bonos mores, & per ipsum partes non lædebantur, tum etiam quoniam si per disdictam societas dicitur finita, vt supra vidimus, modo non est inconueniens, vt statim, & immediate sors principal. dicatur posita in tuto, & quod amplius non sit sub d. periculo, sicut erat antea; clarissima est enim iuris conclusio quod illud pactũ debeat iudicari licitum, cui ius aliquod non resistit iuxta vulg. l. pacta, quæ contra, & ibi Docto. C. de pactis l. non dubium C. de legibus cum simil. si vero esset soluendum de iure consuetudinis a qua talis cõtractus habet esse, posset dubitari, & cum talis cõsuetudo præsertim in casu isto nõ sit omnino clara, ideo iudicarẽ ego hoc pactum de iure esse reputandum validum, & legitimum; sed si consuetudo ista in aliquo loco reperiatur clara, tunc aliud esset dicendum, cum ab ea regulari debeat, si tamen legitime introducta reperiatur, atq; hæc omnia sunt, quæ occurrũt adnotanda pro intelligentia istius Bullæ, atque istius societatis ad gloriam Dei, & vtilitatẽ proximi. Singula tamen sint dicta, & adnot. meo iudicio; & semper salua saniori sententia, cui libentissime me subscribam cap. peruenit il secondo de iure iuran. si illa mihi cognita fuerit.

ADDI-

INDEX
ET SVMMARIVM RERVM ET VERBORVM MAGIS
notabilium, quæ in hoc opere continentur.

ADDITIO.

Clausul. irritans in fin. istius Bullæ posita potest dupliciter considerari, & intelligi: primo vt respiciat validitatem Bullæ in respectu ad alias constitutiones: Secundo respectu contractus istius societatis, ita quod si aliter fiat non teneat iuxta tradit. in l. non dubium. C. de legib. puto esse intelligendam sub primo respectu, siquidē quoad contractum attinet, ille fuit a consuetudine inductus, & præsertim per hanc Bullam approbatus, vt hactenus obseruare valui sicuti constat ex ijs, quæ diximus supra in glos.

ADDITIO VLTIMA.

Qua via contractus iste sit, & cognoscatur licitus, & illicitus.

Sicut in fine glos. ad Bulla Pij V. de censibus in vltima additione adnotauimus quomodo contractus ille celebretur cōtra formam in ea a Summ. Pontific. datam, ac etiam cognoscatur; ita etiam hoc idem faciēdum duxi in fine glos. istius Bullæ Pij Quarti de societat. officiorum, & cum contractum, & non instrumentum eius in præsenti declarare intendam iuxta rubric. propositam. Ideo in primis conuenit aduotare, quod quæ diximus in d. additione etiam in præ- rerum circumstantias, vt ibi demonstrauimus, ita quoque hoc idem in præsenti affirmamus ob reg. vulgar. quod vbi militat eadem ratio debeat etiam militare eadem iuris dispositio glos. recept. & insuper docto. super capit. translata. in verb. quod de vno de constitut. l. a titio vnà cum glos. ff. de verb. obliga. cum simil. qua de re quoad requisita istius contractus societatis videnda est glos. summæ supra, vbi illa habentur distincta, & compendiose: quoad præd. autē circumstantias me remitto ad ea, quæ dixi in d. additione vltima ad d. Bullam Pij Quinti vbi illas declaraui: quæ omnia applicando nunc ad contractum, de quo agimus, præsuposito quod societas officij sit contracta secundum omnia eius requisita, ac insuper sit contracta secundum omnes eius debitas circumstantias, negari nequit illum esse vndique licitum, cū bonum constet ex tota causa l. 1. & ibi glos. ff. de orig. iur. facit can. non satis distinct. 86. at si defecerit in altero requisito, seu aliqua circumstantia sine controuersia erit illicitus seu suspectus, seu simulatus, tum ob rationem assignatam, tum etiam quoniam apud morales est vulg. conclusio malum constare ex vnico defectu iuxta communem doctrin. D. Thom. 1.2. quæst. 18. artic. 3. ex quo puto inferendum quod sicut contractus iste ex huiusmodi medijs habet esse moralé, seu vitiosum respectiue, vt con-

capita ex quibus coniecturæ desumi valeant ad cognoscendam simulationem huiusmodi contractuum, vt videri potest in loc. supra in d. addition. vltima relat. meo tamen iudicio ad præd. requisita, ac circumstantias commode reduci potest, & propterea non videtur necessarium vlterius procedere, saluo tamen &c.

F I N I S.

De Superiorum licentia.



PERVSIAE,
Apud Petrumiacobum Petrucium.
M D CI.